

THE LOEB CLASSICAL LIBRARY

FOUNDED BY JAMES LOEB 1911

EDITED BY

JEFFREY HENDERSON

EDITOR EMERITUS

G. P. GOOLD

VALERIUS MAXIMUS

II

LCL 493

9681
A-0505-029/46


VALERIUS MAXIMUS

MEMORABLE DOINGS
AND SAYINGS


EDITED AND TRANSLATED BY
D. R. SHACKLETON BAILEY



HARVARD UNIVERSITY PRESS
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS
LONDON, ENGLAND
2000



北大图书 21101001768281



Copyright © 2000 by the President and Fellows
of Harvard College
All rights reserved

LOEB CLASSICAL LIBRARY® is a registered trademark
of the President and Fellows of Harvard College

Library of Congress catalog card number 99-089336
CIP data available from the Library of Congress

ISBN 0-674-99541-4 (vol. I)
ISBN 0-674-99542-2 (vol. II)

CONTENTS

MEMORABLE DOINGS AND SAYINGS

BOOK VI	2
BOOK VII	102
BOOK VIII	188
BOOK IX	292
GLOSSARY	399
INDEX	407

MEMORABLE DOINGS
AND SAYINGS

LIBER SEXTUS

1. DE PUDICITIA

praef. Unde te virorum pariter ac feminarum praecipuum firmamentum, Pudicitia, invocem? tu enim prisca religione consecratos Vestae focos incolis, tu Capitolinae Iunonis pulvinaribus incubas, tu Palatii columen Augustos penates sanctissimumque Iuliae genialem torum adsidua statione celebras, tuo praesidio puerilis aetatis insignia munita sunt, tui numinis respectu sincerus iuventae flos permanet, te custode matronalis stola censetur: ades igitur et <re>cognosce quae fieri ipsa voluisti.

1 Dux Romanae pudicitiae Lucretia, cuius virilis animus maligno errore Fortunae muliebri corpus sortitus est, a <Sex.>¹ Tarquinio, regis Superbi filio, per vim stuprum pati coacta, cum gravissimis verbis iniuriam suam in concilio necessariorum deplorasset, ferro se, quod veste tectum attulerat, interemit, causamque tam animoso interitu imperium consulare pro regio permutandi populo Romano praebuit.

2 Atque haec illatam iniuriam non tulit: Verginius, plebei generis, sed patricii vir spiritus, ne probro contamina-

¹ add. P

BOOK VI

1. OF CHASTITY

Whence should I invoke you, Chastity, chief buttress of men and women alike? You dwell in the hearth consecrated to Vesta by ancient religion, you watch over the sacred couch of Capitoline Juno, you never leave your post on the pinnacle of the Palatine, the august habitation, and the most holy marriage bed of Julia. By your protection the emblems of boyhood are defended, by reverence for your divinity the flower of youth remains intact, under your guardianship the matron's robe is appraised. Come therefore, and hear of things that yourself ordained.

Lucretia, model of Roman chastity, whose manly spirit by Fortune's malignant error was allotted a woman's body, was forcibly raped by Sex. Tarquinius, son of king Superbus. In a family council, after bitterly bemoaning her injury, she killed herself with a sword she had brought concealed in her clothing and by so courageous a death gave the Roman people reason to change the authority of kings for that of Consuls.¹

Lucretia did not brook the injury done to her. Verginius, a man of plebian family but patrician spirit, in order to

¹ 509: Livy 1.57.6-59.3 etc.

retur domus sua, proprio sanguini non pepercit: nam cum Ap. Claudius decemvir filiae eius virginis stuprum, potestatis viribus fretus, pertinacius expeteret, deductam in forum puellam occidit, pudicaeque interemptor quam corruptae pater esse maluit.

3 Nec alio robore animi praeditus fuit Pontius Aufidianus eques Romanus, qui, postquam comperit filiae suae virginitatem a paedagogo proditam Fannio² Saturnino, non contentus sceleratum servum adfecisse supplicio, etiam ipsam puellam necavit. ita ne turpes eius nuptias celebraret, acerbas exsequias duxit.

4 Quid? P. Maenius quam severum pudicitiae custodem egit! in libertum namque gratum admodum sibi animadvertit, quia eum nubilis iam aetatis filiae suae osculum dedisse cognoverat, cum praesertim non libidine sed errore lapsus videri posset. ceterum amaritudine poenae teneris adhuc puellae sensibus castitatis disciplinam ingerari magni aestimavit, eique tam tristi exemplo praecepit ut non solum virginitatem illibatam sed etiam oscula ad virum sincera perferret.

5 Q. vero Fabius Maximus Servilianus, honoribus, quos splendidissime gesserat, censurae gravitate consummatis, exegit poenas a filio dubiae castitatis, et punito pependit voluntario secessu conspectum patriae vitando.

² anne Annio (cf. *SB Onomasticon to Cicero's Letters*, p. 15)?

² 449: Livy 3.44–48.5 etc. story is not found elsewhere.

³ First century (mid?). The

⁴ Not found elsewhere. ⁵ *Ca.* 104: *Ps.-Quint. Decl. mai.* 3.17, *Oros.* 5.16.8; cf. *Cic. Balb.* 28. This Fabius is probably Q. Fabius Maximus Eburnus, Censor in 108 (cf. Broughton I.550

keep from his house the stain of outrage, did not spare his own flesh and blood. For when the Decemvir Ap. Claudius, relying on the power of his office, persistently sought to ravish his daughter, he brought the girl to the Forum and killed her, preferring to be the slayer of a chaste daughter than the father of a defiled one.²

No less strong-minded was Pontius Aufidianus, a Roman knight. Learning that his daughter's virginity had been betrayed to Fannius Saturninus by her tutor, he was not content to punish the rascally slave, he also killed the girl herself. Rather than celebrate a disgraceful marriage, he gave her an untimely funeral.³

Again, how stern a guardian of chastity did P. Maenius prove! He put to death a freedman, a great favourite of his, on learning that he had given a kiss to his daughter, a girl of marriageable age, even though he could seem to have done it in error, not lust. But Maenius thought it important that the discipline of chastity be implanted in the girl's still tender feelings by the harshness of the punishment; and by so terrible an example he taught her that she must bring to her husband not only unsullied virginity but pure kisses.⁴

Q. Fabius Maximus Servilianus, who consummated offences which he had filled with the utmost distinction by the grave function of Censor, exacted punishment from a son of dubious chastity and paid penalty to him he punished, shunning the sight of his country in voluntary retirement.⁵

n.3), whose father, Q. Fabius Maximus Servilianus, never held that office. Valerius has them confused, unless he wrote *Servilliani* f.; cf. Münzer, *RE* VI.1797. Orosius says that the father ("Q. Fabius Maximus") was prosecuted and condemned, which is confirmed against Valerius by Cicero, *Balb.* 28.

6 Dicerem censorium virum nimis atrocem existisse, nisi P. Atilium Philiscum, in pueritia corpore quaestum a domino facere coactum, tam severum postea patrem cernerem: filiam enim suam, quia³ stupri se crimine coinquinaverat, interemit. quam sanctam igitur in civitate nostra pudicitiam fuisse existimare debemus, in qua etiam institores libidinis tam severos eius vindices evasisse animadvertimus?

7 Sequitur excellentis nominis ac memorabilis facti exemplum. M. Claudius Marcellus aedilis curulis C. Scantinius Capitolino tribuno plebis diem ad populum dixit quod filium suum de stupro appellasset, eoque adseverante se cogi non posse ut adesset quia sacrosanctam potestatem haberet, et ob id tribunicium auxilium implorante, totum collegium tribunorum negavit se intercedere quo minus pudicitiae quaestio perageretur. citatus itaque Scantinius reus uno teste qui temptatus erat damnatus est. constat juvenem productum in rostra defixo in terram vultu perseveranter tacuisse, verecundoque silentio plurimum in ultionem suam valuisse.

8 Metellus quoque Celer stuprosae mentis acer poenitor existit, Cn. Sergio Silo promissorum matri familiae numerorum gratia diem ad populum dicendo eumque hoc uno crimine damnando: non enim factum tunc sed animus in

³ quia Gertz: quod ita* AG: quo dita L

⁶ Not found elsewhere.

⁷ 226 (P): Plut. *Marc.* 2, who makes Scantinius a colleague of Marcellus. He may have been Plebeian Aedile (Broughton I.230 n.1).

I would say the ex-Censor showed himself too harsh if I did not see what a severe parent P. Atilius Philiscus was in later life, who as a boy had been forced by his master to earn money by prostitution. For he put his daughter to death because she had defiled herself with the guilt of illicit intercourse.⁶ How sacred then should we think chastity was in our community, in which we see even the hucksters of lust becoming such severe chastisers of it!

There follows an example excellent in name and memorable in deed. Curule Aedile M. Claudius Marcellus summoned Tribune of the Plebs C. Scantinius Capitolinus to trial before the people on a charge of having tried to seduce his son. Scantinius asserted that as a holder of a sacrosanct power he could not be forced to attend and on that account asked the Tribunes for aid. But the entire board of Tribunes refused to intervene to prevent an inquiry concerning chastity from taking its course. Scantinius therefore was cited as defendant and convicted on the sole evidence of the person who had been solicited. We are told that when the young man was brought to the rostra he fixed his eyes on the ground and persistently kept mute, by which modest silence he contributed powerfully to his own avenging.⁷

Metellus Celer too showed himself a stern chastiser of lascivious intent by summoning C. Sergius Silus to trial before the people on account of money promised to a housewife and convicting him on this sole charge.⁸ It was not an act but a state of mind that was then brought to the

⁸ Probably as Aedile, perhaps in 88; or if Valerius means his adopted son, Consul in 60, perhaps in 67 (Broughton II.45 n.5 and 144).

quaestionem deductus est, plusque voluisse peccare nocuit quam non peccasse profuit.

9 Contionis haec, illa curiae gravitas. T. Veturius, filius eius Veturii qui in consulatu suo Samnitibus ob turpiter ictum foedus deditus fuerat, cum propter domesticam ruinam et grave aes alienum P.⁴ Plotio nexum se dare adulescentulus admodum coactus esset, servilibus ab eo verberibus, quia stuprum pati noluerat, adfectus, querellam ad consules detulit. a quibus hac de re certior factus senatus Plotium in carcerem duci iussit: in qualicumque enim statu positam Romano sanguini pudicitiam tutam esse voluit.

10 Et quid mirum si hoc universi patres conscripti censuerunt? C. Fescenninus⁵ triumvir capitalis C. Cornelium, fortissimae militiae stipendia emeritum virtutisque nomine quater honore primi pili ab imperatoribus donatum, quod cum ingenuo adulescentulo stupri commercium habuisset, publicis vinculis oneravit. a quo appellati tribuni, cum de stupro nihil negaret, sed sponsonem se facere paratum diceret quod adulescens ille palam atque aperte corpore quaestum factitasset, intercessionem suam interponere noluerunt. itaque Cornelius in carcere mori coactus est: non putarunt enim tribuni plebis rem publicam nostram cum fortibus viris pacisci oportere ut externis

⁴ P. AP: C. LG

⁵ Fescenninus A: Fescennius A corr., LP: Pesc- Pighius, *edd.*

⁹ In 321 (Caudine Forks). But Livy (8.28) calls the abuser L. Papirius and the victim C. Publilius, whereas Dionysius (16.5), not naming the former, makes the latter son of Πονηλίαιος, "one of

enquiry, and the wish to do wrong hurt more than the absence of wrongdoing helped.

That was severity in the popular assembly, this in the senate house. T. Veturius, son of the Veturius who in his Consulship had been surrendered to the Samnites because of a treaty dishonourably concluded,⁹ as a very young man was forced by domestic ruin and a load of debt to give himself as bondman to P. Plotius. Plotius flogged him like a slave because he refused to submit to sexual advances and he made complaint to the Consuls. Informed of the matter by them, the senate ordered Plotius to be put in gaol. For it wished that chastity be secure to Roman blood in whatever condition that might be placed.

Is it surprising that the Conscript Fathers as a body thus decreed? C. Fescenninus,¹⁰ Triumvir Capitalis, put public chains on C. Cornelius for having sexual intercourse with a freeborn youth, though Cornelius had served as a soldier with great bravery and had four times received from his commanders the honour of the First Spear¹¹ for his valour. He appealed to the Tribunes, not denying the act but declaring his readiness to wager that the young man in question had openly and without concealment practised prostitution. The Tribunes refused their intervention and Cornelius had to die in prison. For the Tribunes of the Plebs thought it wrong that our commonwealth should strike bargains with brave men for them to

the Military Tribunes who surrendered the army to the Samnites." Cicero (*Rep.* 2.59) alludes to the story but gives no names.

¹⁰ The conjecture Pescennius is usually read.

¹¹ He was promoted Chief Centurion. Apparently the rank might lapse after a campaign. He is noticed only here.

periculis domesticas delicias emerent.

11 Libidinosi centurionis supplicium M. Laetorii Mergi tribuni militaris aequae [similis]⁶ foedus exitus sequitur. cui Cominius tribunus plebis diem ad populum dixit quod cornicularium suum stupri causa appellasset. nec sustinuit eius rei <con>scientiam⁷ Laetorius sed se ipse ante iudicii tempus fuga prius, deinde etiam <morte punivit>.⁸ poenae⁹ modum expleverat, fato tamen functus universae plebis sententia crimine impudicitiae damnatus est. signa illum militaria, sacratae aquilae, et certissima Romani imperii custos, severa castrorum disciplina, ad inferos usque persecuta est, quoniam cuius virtutis magister esse debuerat, sanctitatis corruptor temptarat¹⁰ exsistere.

12 Hoc movit C. Marium imperatorem, tum cum Lusium sororis suae filium, tribunum militum, a C. Plotio manipulari¹¹ milite iure caesum pronuntiavit, quia eum de stupro compellare ausus fuerat.

13 Sed ut eos quoque qui in vindicanda pudicitia dolore suo pro publica lege usi sunt strictim percurram, Sempronius Musca C. Gallium¹² deprehensum in adulterio flagellis cecidit, C. Memmius L. Octavium similiter deprehensum pernis¹³ contudit, Carbo Attienus a Vibieno item Pontius a P. Cerennio deprehensi castrati sunt. Cn. etiam Furium Brocchum qui deprehenderat familiae stupran-

⁶ aequae similis* AL: aequae *Ltpstus* ⁷ add. Torr.

⁸ add. *Halm* ex P

⁹ poenae SB³: naturae AL

¹⁰ temptarat *Halm*: -abat et AL: -abat A corr., L corr., G

¹¹ manipulari *Kempf*: -rio AL: -re P

¹² Gellium P

¹³ pernis* *sine causa suspectum*

buy luxuries at home with perils abroad.

To the punishment of a lustful Centurion succeeds the equally ignominious end of Military Tribune M. Laetorius Mergus. Tribune of the Plebs Cominius summoned him to trial before the people for having tried to seduce his adjutant. Laetorius could not bear his conscience in the matter, and before the trial date penalized himself, first by flight and then by suicide as well. He had fulfilled the limit of punishment, but after death was nonetheless convicted of unchastity by vote of the whole people.¹² The military standards, the sacred eagles, and the severe discipline of the camp, that surest guardian of Roman empire, pursued him even to the underworld, since he had tried to become corrupter of the purity of one of whose valour he should have been preceptor.

This counselled general C. Marius when he pronounced Military Tribune C. Lusius, his sister's son, justifiably killed by C. Plotius, a private soldier, because the Tribune had dared to solicit him sexually.¹³

But to run briefly over those who in avenging chastity made their own hurt stand for public law: Sempronius Musca scourged C. Gallius, whom he had caught in adultery, with lashes, C. Memmius¹⁴ beat L. Octavius, similarly caught, with thigh bones, Carbo Attienus and Pontius were caught and castrated by Vibienus and P. Cerennius respectively, the man who caught Cn. Furius Brocchus gave him

¹² 292-290 (?): Broughton I.160. Dionysius (16.4) and the Suda give his praenomen as Gaius.

¹³ 104: Cic. *Mil.* 9 etc.

¹⁴ Divorced his wife Fausta, daughter of Sulla, in 55.

dum obiecit. quibus irae suae indulsisse fraudi non fuit.

ext. 1 Atque ut domesticis externa subnectam, Graeca femina, nomine Hippo, cum hostium classe esset excepta, in mare se, ut morte pudicitiam tueretur, abiecit. cuius corpus Erythraeo litori appulsum proxima undis humus sepulturae mandatum ad hoc tempus tumulo contegit: sanctitatis vero gloriam aeternae traditam memoriae Graecia laudibus suis celebrando cotidie florentiorem efficit.

ext. 2 Vehementius hoc, illud consideratius exemplum pudicitiae. exercitu et copiis Gallograecorum a Cn. Manlio consule in Olympo monte ex parte deletis, ex parte captis, Ortiagontis¹⁴ reguli uxor mirae pulchritudinis a centurione, cui custodienda tradita erat, stuprum pati coacta, postquam ventum est in eum locum in quem centurio misso nuntio necessarios mulieris pretium quo eam redimerent adferre iusserat, aurum expendente centurione et in eius pondus animo oculisque intento, Gallograecis lingua gentis suae imperavit ut eum occiderent. interfecti deinde caput abscisum manibus retinens ad coniugem venit, abiectoque ante pedes eius iniuriae et ultionis suae ordinem exposuit. huius feminae quid aliud quisquam quam corpus in potestatem hostium venisse dicat? nam neque animus vinci nec pudicitia capi potuit.

ext. 3 Teutonorum vero coniuges Marium victorem orarunt ut ab eo virginibus Vestalibus dono mitterentur, adfirman-

¹⁴ Orti- *Briscoe*: Orgi- AL

¹⁵ Further information on these incidents is lacking.

¹⁶ Not found elsewhere.

¹⁷ 189; Livy 38.24 etc.

to his slaves to be raped. None of these was penalized for indulging his anger.¹⁵

EXTERNAL

To attach external examples to domestic ones, a Greek woman named Hippo, captured by an enemy fleet, threw herself into the sea to protect her chastity by her death. The body was carried to the shore of Erythrae, delivered for burial; the ground next to the water covers it with a tomb to this day. But Greece has made the glory of her purity, consigned to eternal memory, flourish more every day by celebrating it with her praises.¹⁶

That is a more passionate example of chastity, this a more deliberate. The army and forces of the Galatians were partly destroyed, partly taken prisoner by Consul Cn. Manlius in Mount Olympus. The wife of the petty king Ortiago, a woman of extraordinary beauty, was forced to suffer rape by a Centurion to whose custody she had been consigned. When they came to the place to which the Centurion had told the woman's relations by messenger to bring the ransom money and the Centurion was weighing the gold, his mind and eyes intent on that operation, she commanded the Galatians in her native tongue to kill him. That done, she went to her husband with the severed head in her hands, threw it at his feet, and told him the story of her injury and vengeance.¹⁷ Would anyone say that aught but the body of this woman came into the enemies' power? For her soul could not be vanquished nor her chastity captured.

The wives of the Teutones besought the victorious Marius to send them as a gift to the Vestal Virgins, declar-

tes aequae se atque illas virilis concubitus expertes futuras, eaque re non impetrata laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerunt. di melius, quod hunc animum viris earum in acie¹⁵ non dederunt: nam si mulierum suarum virtutem imitari voluissent, incerta Teutonicae victoriae tropaea reddidissent.

2. LIBERE DICTA AUT FACTA

praef.

Libertatem autem vehementis spiritus dictis pariter et factis testatam ut non invitaverim, ita ultro venientem non excluserim. quae inter virtutem vitiumque posita, si salubri modo se temperavit, laudem, si quo non debuit profudit, reprehensionem meretur. ac vulgi sic auribus gratior quam sapientissimi cuiusque animo probabilior est, utpote frequentius aliena venia quam sua providentia tuta. sed quia humanae vitae partes persequi propositum est, nostra fide, propria aestimatione referatur.

- 1 Priverno capto interfectisque qui id oppidum ad rebellandum incitaverant, senatus indignatione accensus consilium agitabat quidnam sibi de reliquis quoque Privernatibus esset faciendum. ancipiti igitur casu salus eorum fluctuabatur, eodem tempore et victoribus et iratis subiecta. ceterum cum auxilium unicum in precibus restare animadverterent, ingenui et Italici sanguinis oblivisci non potuerunt: princeps enim eorum in curia interrogatus quam poenam mererentur, respondit 'quam merentur qui se dignos libertate iudicant.' verbis arma sumpserat exas-

¹⁵ acie L. corr., G: -em AL

¹⁸ 102: Flor. 1.38.17, Oros. 5.16.16-19.

ing that they would equally with the latter abstain from sexual intercourse. Their plea not being granted, they took their lives by hanging the following night. The gods be thanked that they did not give such a spirit to their husbands in battle. For had these chosen to imitate the valour of their wives, they would have cast into doubt the trophies of Teutonic victory.¹⁸

2. FREELY SPOKEN OR FREELY DONE

Though not inviting the freedom of a passionate spirit attested in deeds and words alike, I would not exclude it coming unasked. Located between virtue and vice, it deserves praise if it has tempered itself beneficially, blame if it has launched out where it should not. It is rather pleasant to the ears of the vulgar than approved in the minds of the wisest, being more often protected by the indulgence of others than by its own good sense. But since it is my purpose to go through the parts of human life, let it be recounted with good faith on my side and judgment as itself deserves.

When Privernum was taken and those who had incited that town to rebellion killed, the indignant senate deliberated on what to do with the rest of the inhabitants. So their lives went up and down in the balance, subjected at the same time to the victorious and the angry. However, although they saw that their only remaining recourse lay in entreaties, they could not forget their freeborn Italian blood. For when their leader was asked in the senate house what punishment they deserved to suffer, he replied: "That which men deserve who think they are worthy

peratosque patrum conscriptorum animos inflammaverat. sed Plautius consul, favens Privernatium causae, regressum animoso eius dicto obtulit, quaesivitque qualem cum iis Romani pacem habituri essent impunitate donata. at is constantissimo vultu 'si bonam dederitis' inquit, 'perpetuam, si malam, non diuturnam.' qua voce perfectum est ut victis non solum venia sed etiam ius et beneficium nostrae civitatis daretur.

2 Sic in senatu loqui Privernas ausus est: L. vero Philippus consul adversus eundem ordinem libertatem exercere non dubitavit: nam segnitiam pro rostris exprobrans alio sibi senatu opus esse dixit, tantumque a paenitentia dicti afuit ut etiam L. Crasso, summae dignitatis atque eloquentiae viro, id in curia graviter ferenti manum iniici iuberet. ille, reiecto lictore, 'non es' inquit 'mihi, Philippe, consul, quia ne ego quidem tibi senator sum.'

3 Quid? populum ab incursu suo libertas tutum reliquit? immo et similiter adgressa et aequae experta patientem est. Cn. Carbo tribunus plebis, nuper sepultae Gracchanae seditionis turbulentissimus vindex idemque orientium civilium malorum fax ardentissima, P. Africanum, a Numantiae ruinis summo cum gloriae fulgore venientem, ab ipsa paene porta in rostra perductum quid de Ti. Gracchi morte, cuius sororem in matrimonio habebat, sentiret interrogavit, ut auctoritate clarissimi viri incohato iam incendio multum incrementi adiceret, quia non dubitabat quin propter tam artam adfinitatem aliquid pro memoria

¹ 329: Livy 8.21 etc.

² 91: Cic. *De orat.* 3.2-4.

³ Cf. VM 5.4.4.

of freedom." He had taken up arms with words and inflamed the Conscript Fathers' exasperated minds. But Consul Plautius, who favoured the cause of the Privernates, offered him a retreat from his bold saying, asking what sort of peace the Romans would have with them if they were granted impunity. With firm countenance he replied: "If you give us a good one, perpetual; if a bad, not for long." The result of his words was that the vanquished were not merely given pardon but also the right and benefit of our citizenship.¹

Thus a man of Privernum dared to speak in the Roman senate. But Consul L. Philippus did not scruple to exercise freedom against the same body. For on the rostra, upbraiding their inertia, he said he needed another senate and so far from repenting of the saying he even ordered L. Crassus, a man of the highest standing and eloquence, to be arrested when he protested against it in the senate house. Crassus repulsed the lictor with the words: "Philippus, you are no Consul to me because I am no senator to you."²

Did freedom leave the people safe from her incursion? On the contrary, she attacked in similar fashion and was met with equal patience. Tribune of the Plebs Cn.³ Carbo, a most aggressive avenger of the recently buried Gracchan sedition and a flaming firebrand of the rising civil calamities, led P. Africanus, who was returning from the ruins of Numantia in a blaze of glory, almost from the city gate to the rostra and asked him what he thought of the death of Ti. Gracchus, whose sister he had married. Carbo's purpose was by the prestige of an illustrious personage to add plenty of fuel to the fire already started, since he did not doubt that because of so close a connection Africanus would say something compassionate for the memory of his

interfecti necessarii miserabiliter esset locuturus. at is iure eum caesum videri respondit. cui dicto cum contio, tribunicio furore instincta, violenter succlamasset, 'taceant' inquit 'quibus Italia noverca est.' orto deinde murmure 'non efficietis' ait 'ut solutos verear quos alligatos adduxi.' universus populus ab uno iterum contumeliose correptus erat—quantus est honos virtutis!—et tacuit. recens ipsius victoria Numantina et patris Macedonica devictaeque Carthaginis avita spolia ac duorum regum Syphacis et Persei ante triumphales currus catenatae¹⁶ cervices totius tunc fori <ora>¹⁷ clausurunt. nec timori datum est silentium, sed quia beneficio Aemiliae Corneliaeque gentis multi metus urbis atque Italiae finiti erant, plebs Romana libertati Scipionis libera non fuit.

4 Quapropter minus mirari debemus quod amplissima Cn. Pompeii auctoritas totiens cum libertate luctata est, nec sine magna laude, quoniam omnis generis hominum licentiae ludibrio esse quieta fronte tulit. Cn. Piso, cum Manilium Crispum reum ageret eumque evidenter nocentem gratia Pompeii eripi videret, iuvenili impetu ac studio accusationis proventus multa et gravia crimina praepotenti defensori obiecit. interrogatus deinde ab eo cur non se quoque accusaret, 'da' inquit 'praedes rei publicae te, si postulatus fueris, civile bellum non excitaturum, et iam de tuo prius quam de Manilii capite in consilium iudices mitam.' ita eodem iudicio duos sustinuit reos, accusatione

¹⁶ add. Aldus

¹⁷ add. Kenpf (prementes ora A corr.)

⁴ Scipio belonged to the former by birth, the latter by adoption. ⁵ 131/130: Cic. *De orat.* 2.106, Vell. 2.4.4 etc.

slain relative. He, however, replied that he thought Gracchus had been rightly killed. When the enraged assembly, incited by tribunician madness, clamoured violently against his words: "Let people to whom Italy is a step-mother hold their tongues," he said. Then as shouts went up, "You won't make me afraid of those I brought in chains now that they are loose." The whole people had been a second time insultingly chided by a single man and (such is the honour paid to virtue) held their peace. His own recent victory at Numantia, his father's in Macedonia, his grandfather's spoils of vanquished Carthage, and the chained necks of two kings, Syphax and Perseus, preceding triumphal cars stopped the mouths of the entire Forum. The silence was not a tribute to fear, but because many anxieties of Rome and Italy had been brought to an end thanks to the Aemilian and Cornelian clans,⁴ the Roman populace was not free-spoken to Scipio's free speech.⁵

Therefore we ought the less to wonder that Cn. Pompeius' enormous authority so often struggled with such freedom, and not without great credit, since with unruffled countenance he let himself be a mockery to the license of all sorts of men. When Cn. Piso was prosecuting Manilius Crispus and saw that despite clear evidence of guilt he was being snatched from justice by Pompey's influence, carried away by youthful impetuosity and accusatory zeal, he made many grave charges against the over-powerful defender. Then asked by Pompey why he did not prosecute himself as well, he answered: "Give sureties to the commonwealth that if you are accused you will not start a civil war and I will now have a jury consider a capital indictment against you too ahead of Manilius." So in the same trial he coped with two defendants, Manilius by

Manilium, libertate Pompeium, et eorum alterum lege peregit, alterum professione, qua solum poterat.

5 Quid ergo? libertas sine Catone? non magis quam Cato sine libertate: nam cum in senatorem nocentem et infamem reum iudex sedisset, tabellaeque Cn. Pompeii laudationem eius continentes prolatae essent, procul dubio efficaces futurae pro noxio, summovit eas e quaestione legem recitando, qua cautum erat ne senatoribus tali auxilio uti liceret. huic facto persona admirationem adimit; nam quae in alio audacia videretur, in Catone fiducia cognoscitur.

6 Cn. Lentulus Marcellinus consul, cum in contione de Magni Pompeii nimia potentia quereretur, adsensusque ei clara voce universus populus esset, 'acclamate' inquit, 'acclamate, Quirites, dum licet: iam enim vobis impune facere non licebit.' pulsata tunc est eximii civis potentia hinc invidiosa querella, hinc lamentatione miserabili.

7 Cui candida fascia crus alligatum habenti Favonius 'non refert' inquit 'qua in parte sit corporis diadema', exigui panni cavillatione regias ei vires exprobrans. at is neutra<m> in parte<m>¹⁸ mutato vultu utrumque cavit, ne aut hilari fronte libenter agnoscere potentiam aut <tristi iram>¹⁹ profiteri videretur, eaque patientia inferioris

¹⁸ neutram in partem *Per.*: -ra in parte AL

¹⁹ tristi iram *add.* A *corr.*; Br

⁶ This prosecution will have taken place after Pompey's return from the East in 62 or before he left Rome in 67. If Manilius was the author of the *lex Manilia* in 66, only Valerius gives his cognomen. The prosecutor was Cn. Calpurnius Piso, Consul in 23, a staunch republican in two civil wars.

prosecution, Pompey by unfettered speech. The former he dealt with by law, the latter by declaration, the only way open to him.⁶

What then? Freedom without Cato? No more than Cato without freedom. He was sitting on a jury trying a guilty senator and an infamous defendant. Tablets had been produced containing a testimonial by Cn. Pompeius which would doubtless have proved effective in favour of the offender. But Cato removed them from the case, reciting a law which prohibited the use of such assistance by senators.⁷ The person deprived the act of admiration, for what would have seemed audacity in another man, in Cato is recognized as confidence.

Consul Cn. Lentulus Marcellinus was complaining at a public meeting of Magni Pompeius' excessive power and the whole people loudly assented. "Applaud, citizens," he said, "applaud while you may; for soon you will not be able to do it with impunity." The power of an extraordinary citizen was assailed on that occasion, by invidious complaint on the one hand, by pathetic lamentation on the other.⁸

To Pompey, who was wearing a white bandage on his leg, Favonius said: "It makes no odds on what part of your body you have the diadem," quibbling at the tiny piece of cloth to reproach him with monarchical power. But Pompey's countenance did not change one way or the other. He was careful neither to seem to be gladly acknowledging his power by a cheerful look nor by a sour one to avow annoyance.⁹ By such tolerance he gave even people of low birth

⁷ 52: *Plut. Cat. min.* 48 etc. The law was Pompey's own (*add ipstus* after *legem*?). ⁸ 56: cf. *Dio* 39.28.5.

⁹ 60: cf. *Cic. Att.* 2.3.1, *Amm. Marc.* 17.11.4.

etiam generis et fortunae hominibus aditum adversus se dedit: e quorum turba duos rettulisse abunde erit.

8 Helvius Mancía Formianus, libertini filius ultimae senectutis, L. Libonem apud censores accusabat. in quo certamine cum Pompeius Magnus humilitatem ei aetateque exprobrans ab inferis illum ad accusandum remissum dixisset, 'non mentiris' inquit, 'Pompei: venio enim ab inferis, in L. Libonem accusator venio. sed dum illic moror, vidi cruentum Cn. Domitium Ahenobarbum deflentem quod summo genere natus, integerrimae vitae, amantissimus patriae in ipso iuventae flore tuo iussu esset occisus. vidi pari claritate conspicuum M. Brutum ferro laceratum, querentem id sibi prius perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidisse. vidi Cn. Carbonem, acerrimum pueritiae tuae honorumque patris tui defensorem, in tertio consulatu catenis, quas tu ei iniici iusseras, vinctum, obstantem se²⁰ adversus omne fas ac nefas, cum in summo esset imperio, a te equite Romano trucidatum. vidi eodem habitu et quiritato praetorium virum Perpernam²¹ saevitiam tuam exsecrantem, omnesque eos una voce indignantes quod indemnati sub te adolescentulo carnifice occidissent.' obducta iam vetustis cicatricibus bellorum civilium vastissima vulnera municipali homini, servitutem paternam redolenti, effrenatae temeritatis, intolerabilis spiritus, impune revocare²² licuit. itaque eodem tempore et

²⁰ se *Kempf*: te AL

²¹ Perpernam P: -pennam AL

²² renovare *Lipsius*

¹⁰ 55 (?). See Münzer in *RE* VIII.229.15. On Pompey's victims see Broughton II.66 (Carbo), 77 (Domitius), 90 (Brutus), 120 (Perperna). Cf. VM 5.3.5.

and degree an opening against himself. It will be quite enough to mention two such out of the multitude.

Helvius Mancía of Formiae, son of a freedman and a very old man, was accusing L. Libo before the Censors. In the altercation Pompeius Magnus said that he had been sent back from the underworld to make his charge, casting his lowly station and old age in his teeth. "You do not lie, Pompey," he said. "Indeed I come from the underworld and I come as L. Libo's accuser. But while I was there, I saw Cn. Domitius Ahenobarbus all bloody, lamenting that he, a man of the noblest birth, life unstained, a sincere patriot, had been put to death by your order in the very flower of his youth. I saw M. Brutus, no less conspicuously distinguished, lacerated with steel, complaining that this happened to him first by your treachery, then too by your cruelty. I saw Cn. Carbo, the zealous defender of your boyhood and of your father's property, bound by the chains which you ordered placed upon him in his third Consulship, protesting that against all things lawful and unlawful he was slaughtered while holding highest authority by you, a Roman knight. I saw Perperna, an ex-Praetor, in the same guise and crying the same protest, cursing your savagery, all of them with one voice indignant that without judicial sentence they perished at your bidding, the stripping executioner."¹⁰ A country townsman, smelling of his father's slavery, unbridled in his temerity, intolerable in his presumption, was allowed to recall with impunity the gaping wounds of the civil wars, now overlaid with shrivelled scars. So at that time it was at once very brave and very safe

fortissimum erat Cn. Pompeio maledicere et tutissimum. sed non patitur nos hoc longiore querella prosequi personae insequentis aliquanto sors humilior.

9 Diphilus tragoedus, cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum versum venisset in quo haec sententia continetur 'miseria nostra magnus es,'²³ derectis in Pompeium Magnum manibus pronuntiavit, revocatusque aliquotiens a populo sine ulla cunctatione nimiae illum et intolerabilis potentiae reum gestu perseveranter egit. eadem petulantia usus est in ea quoque parte 'virtutem istam veniet tempus cum graviter gemes.'

10 M. etiam Castricii libertate inflammatus animus. qui cum Placentiae magistratum gereret, Cn. Carbone consule iubente decretum fieri quo sibi obsides a Placentinis darentur, nec summo eius imperio obtemperavit nec maximis viribus cessit; atque etiam dicente multos se gladios habere respondit 'et ego annos.' obstipuerunt tot legiones tam robustas senectutis reliquias intuentes. Carbonis quoque ira, quia materiam saeviendi perquam exigam habebat, parvulum vitae tempus ablatura, in se ipsa collapsa est.

11 Iam Ser. Galbae temeritatis plena postulatio, qui divum Iulium consummatis victoriis in foro ius dicentem in hunc modum interpellare sustinuit: 'C. Iuli Caesar, pro Cn. Pompeio Magno, quondam genero tuo, in tertio eius consulatu pecuniam sponendi, quo nomine nunc appellor. quid agam? dependam?' palam atque aperte ei bonorum

²³ *es Per., coll. Cic.: est AL*

¹¹ 59: from Cic. *Att.* 2.19.3, with certain discrepancies, on which see the introduction to my Cambridge edition, pp. 62f.

to insult Cn. Pompeius. But the considerably lowlier lot of the following individual does not permit me to deplore this at greater length.

Diphilus the tragic actor in the course of a performance at the Apollinarian games came to a verse containing the following sentiment: "To our misfortune art thou great." He declaimed it with hands pointing at Pompeius Magnus; recalled by the people several times, without any hesitation he persistently by gesture accused Pompey of excessive and intolerable power. He used the same effrontery in another passage: "But that same valour bitterly / in time to come shalt thou lament."¹¹

The mind of M. Castricius too was fired by freedom. As a magistrate in Placentia, when Consul Cn. Carbo ordered a decree to be passed that the inhabitants give him hostages, Castricius neither obeyed his supreme authority nor yielded to his mighty power. And when Carbo said that he had many swords, Castricius replied "And I years." All those legions stood amazed as they beheld such sturdy remnants of old age. Carbo's ire having very little material on which to vent its fury, since it would take away but a very meagre life-space, collapsed upon itself.¹²

And now, Servius Galba's demand was full of temerity. As the divine Julius after the consummation of his victories was giving judgment in the Forum, Galba dared to interrupt him thus: "C. Julius Caesar, I pledged money for Cn. Pompeius Magnus, once your son-in-law, in his third Consulship. Now I am called upon for the amount. What shall I do? Pay?" Thus reproaching Caesar openly and with-

¹² 85: not found elsewhere, but cf. Cic. *Att.* 2.24.4 and my note there.

Pompeii venditionem exprobrando ut a tribunali sum-
moveretur meruerat. sed illud ipsa mansuetudine mitius
pectus aes alienum Pompeii ex suo fisco solvi iussit.

12 Age, Cascellius, vir iuris civilis scientia clarus, quam
periculose contumax! nullius enim aut gratia aut auctori-
tate compelli potuit ut de aliqua earum rerum quas trium-
viri <dono>²⁴ dederant formulam componeret, hoc
animi iudicio universa victoriae²⁵ eorum beneficia extra
omnem ordinem legum ponens. idem cum multa de tem-
poribus liberius loqueretur, amicique ne id faceret mone-
rent, duas res, quae hominibus amarissimae viderentur,
magnam sibi licentiam praebere respondit, senectutem et
orbitatem.

ext. 1 Inserit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis, quae a
Philippo rege temulento immerens damnata, <provocare
se iudicium vociferata est, eoque interrogante ad quem>²⁶
provocaret.²⁷ 'ad Philippum' inquit, 'sed sobrium.' excussit
crapulam oscitanti, ac praesentia animi ebrium respiscere
causaque diligentius inspecta iustiore sententiam ferre
coegit. igitur aequitatem, quam impetrare non potuerat,
extorsit, potius praesidium a libertate quam ab innocentia
mutuata.

ext. 2 Iam illa non solum fortis sed etiam urbana libertas.
senectutis ultimae quaedam Syracusis, omnibus Dionysii
tyranni exitium propter nimiam morum acerbiter et in-

²⁴ *add. conl. Britscoe* ²⁵ uni- vic- Torr.: uni- A: vic- LG
²⁶ *add. P* - ²⁷ provocaret P: -rem AG: -re L

¹³ 45: Cic. *Fam.* 6.18.3.

¹⁴ 42: Not found elsewhere.

out concealment with the sale of Pompey's property, he
deserved to be removed from the tribunal. But Caesar's
heart, softer than gentleness itself, ordered that Pompey's
debt be paid from his own treasury.¹³

Well then, Cascellius, a man famous for his knowledge
of civil law, how perilously contumacious was he! By no
man's favour or authority could he be constrained to
compose a formula covering any of those items which the
Triumvirs had donated; his judgment thus placed all the
benefactions of their victory outside the course of law. The
same often spoke freely about the times, and when his
friends warned him not to do so, he answered that two
things generally deemed eminently disagreeable gave him
great licence, old age and childlessness.¹⁴

EXTERNAL

A woman of alien race inserts herself among these great
men. Wrongfully condemned by king Philip when he was
in liquor, she cried out that she appealed the judgment.
When he asked whom she appealed to, "to Philip," she
said, "but to Philip sober." She dissipated the fumes of
wine as he yawned, and by her ready courage forced the
drunkard to come to his senses and, after a more careful
examination of the case, to render a juster verdict. Thus
she extorted the equity which she could not get by asking,
borrowing recourse from freedom rather than from inno-
cence.¹⁵

The following freedom was not only brave but witty. In
Syracuse, where everybody was praying for the destruc-
tion of the tyrant Dionysius because of his excessive harsh-
ness and the intolerable burdens he imposed, there was a

¹⁵ Cf. *Plut. Moral.* 178F-179A, *Stob.* 3.13.49.

tolerabilia onera votis expetentibus, sola cotidie matutino tempore deos ut incolumis ac sibi superstes esset orabat. quod ubi is cognovit, non debitam sibi admiratus benivolentiam, accessit eam et quid ita hoc aut quo merito suo faceret interrogavit. tum illa 'certa est' inquit 'ratio propositi mei: puella enim, cum gravem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam. quo interfecto aliquanto taetrius arcem occupavit. eius quoque finiri dominationem magni aestimabam. tertium te superioribus importuniorum habere coepimus rectorem. itaque ne, si tu fueris absumptus, deterior in locum tuum succedat, caput meum pro tua salute devoveo.' tam facetam audaciam Dionysius punire erubuit.

ext. 3 Inter has et Theodorum Cyrenaeum quasi animosi spiritus coniugium esse potuit, virtute par, felicitate dissimile:²⁸ is enim Lysimacho regi mortem sibi minitanti 'enimvero' inquit 'magnifica res tibi contigit, quia cantharidis vim adsecutus es.' cumque hoc dicto accensus cruci eum suffigi iussisset, 'terribilis' ait 'haec sit purpuratis tuis, mea quidem nihil interest humine an sublime putrescam.'

3. DE SEVERITATE

praef. Armet se duritia pectus necesse est, dum horridae ac tristis severitatis acta narrantur, ut omni <miti>ore²⁹ cogi-

²⁸ parem ... dissimilem *cont. Briscoe*

²⁹ *add. S: omniore AL: mitiore G*

¹⁶ Not found elsewhere.

¹⁷ *Cic. Tusc. 1.102, 5.117, Sen. Dial. 9.14.3.* Theodorus, called

very old woman who alone every morning implored the gods to grant that he live on and survive her. When Dionysius heard of it, he was amazed at the unmerited good will towards himself and summoning her asked why she did this and what he had done to deserve it. She replied: "I know exactly what I am doing. When I was a girl, we had an oppressive tyrant and I wanted to be rid of him. He was killed, and a considerably nastier individual seized the castle. I was anxious that his regime too should be brought to an end. Now we have you as our third ruler, crueller than your predecessors. For fear, therefore, that if you are liquidated a worse will come in your place, I devote my life for yours." Dionysius was ashamed to punish such amusing audacity.¹⁶

Between these ladies and Theodorus of Cyrene there could have been something like a marriage of courageous spirit, equal in valour, dissimilar in fortune. To king Lysimachus, who was threatening him with death, he said: "Indeed that's a fine thing you have there: you've gotten the power of the Spanish fly." Enraged by his words, the king ordered him crucified. "This cross," said he, "may terrify your courtiers. As for me, it's no matter whether I rot on the ground or above it."¹⁷

3. OF SEVERITY

The heart must arm itself with hardness while acts of harsh, grim Severity are related; setting aside all milder

"the atheist," is said to have been sent on an embassy to Lysimachus, one of Alexander's successors, but the date is unknown (*RE* VA.1826.30).

tatione seposita rebus auditu asperis vacet: ira <e>³⁰ enim dstrictae et inexorabiles³¹ vindictae et varia poenarum genera in medium procurrent, utilia quidem legum munimenta, sed minime in placido et quieto paginarum numero reponenda.

1a M. Manlius, unde Gallos depulerat, inde ipse praecipitatus est, quia fortiter defensam libertatem nefarie opprimere conatus fuerat. cuius iustae ultionis nimirum haec praefatio fuit: 'Manlius eras mihi, cum praecipites agebas Senonas: postquam imitari coepisti, unus factus es ex Senonibus.' huius supplicio aeternae memoriae nota inserta est: propter illum enim lege sanciri placuit ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret, quia domum eo loci habuerat ubi nunc aedem Monetae videmus.

1b Par indignatio civitatis adversus Sp. Cassium erupit, cui plus suspicio concupitae dominationis nocuit quam tres magnifici consulatus ac duo speciosissimi triumphus profuerunt: senatus enim populusque Romanus, non contentus capitali eum supplicio adficere, interempto domum superiecit, ut penetium quoque strage puniretur: in solo autem aedem Telluris fecit. itaque quod prius domicilium impotentis viri fuerat, nunc religiosae severitatis monumentum est.

1c Eadem ausum Sp. Maelium consimili exitu patria multavit. area vero domus eius, quo iustitia supplicii notior ad posteros perveniret, Aequimelii appellationem traxit.

³⁰ irae *Heraeus*: ira LG: ita A

³¹ -iles L *corr.*: -ilis AL

¹ 384: Livy 6.20.13 etc.

² See VM 5.8.2.

thoughts, let it attend to matters rough in the hearing. Angers unsparing, retributions inexorable, punishments of various kinds shall come forth, useful defences of the laws to be sure, but by no means to be reckoned in the number of peaceful, tranquil pages.

M. Manlius was hurled from the place from which he had driven the Gauls because he had wickedly attempted to crush the liberty he had bravely defended. Her just vengeance will surely have been thus prefaced: "You were Manlius to me when you drove the Senones helter-skelter; now that you have turned to imitating them, you have become one of the Senones." By his punishment a stigma was put upon his memory for all time. For on his account it was decided to forbid by law that any patrician should dwell on the citadel or the Capitol, because Manlius had had a house where we now see the temple of Moneta.¹

Equal wrath of the community broke out against Sp. Cassius. The suspicion of desiring to be ruler did him more harm than three magnificent Consulships and two splendid triumphs did him good. For the senate and people of Rome, not content with inflicting capital punishment upon him, cast his house upon his dead body, so that he was also punished by the destruction of his dwelling. On the site they built the temple of Tellus. So what was once the domicile of an over-ambitious man is now a monument of religious severity.²

His country punished Sp. Maelius, who made the same attempt with a similar outcome. The site of his house gained the name of Aequimelum, so that the justice of his punishment be better known to posterity.³ Thus the men

³ 439: Cic. *Dom.* 101, Livy 4.15.8-16.1 etc.

quantum ergo odii adversus hostes libertatis insitum animis antiqui haberent parietum ac tectorum in quibus versati fuerant ruinis testabantur. ideoque et M. Flacci et L. Saturnini seditiosissimorum civium corporibus trucidatis penates ab imis fundamentis eruti sunt. ceterum Flacciana area, cum diu³² poenae nomine³³ vacua mansisset, a Q. Catulo Cimbricis spoliis adornata est.

1d Viguit in nostra civitate Ti. et C. Gracchorum summa nobilitas ac spes amplissima. sed quia statum civitatis conati erant convellere, insepulta cadavera iacuerunt supremusque humanae condicionis honos filiis Gracchi et nepotibus Africani defuit. quin etiam familiares eorum, ne quis rei publicae inimicis amicus esse vellet, de Rupe³⁴ praecipitati sunt.

2 Idem sibi licere [tam]³⁵ P. Mucius tribunus plebis quod³⁶ senatui et populo Romano credidit, qui omnes collegas suos, <qui>³⁷ duce Sp. Cassio id egerant ut magistratibus non subrogatis communis libertas in dubium vocaretur, vivos cremavit. nihil profecto hac severitate fidentius: unus enim tribunus eam poenam novem collegis inferre ausus est quam novem tribuni ab uno collega exigere perhorruissent.

3a Libertatis adhuc custos et vindex Severitas, sed pro dignitate etiam ac pro disciplina aequae gravis: M. enim Claudium senatus Corsis, quia turpem cum iis pacem fece-

³² diu A corr., L: diis P

³³ poenae nomine Kempf: p(a)ene LG: penatibus A corr., P; Br

³⁴ rupe A corr.: robore AL ³⁵ del. Kempf

³⁶ quod Kempf: quam AL idem ... Romano *intra cruces*

Briscoe

³⁷ add. P

of old testified to the hatred implanted in their souls against enemies of liberty by the ruins of the walls and roofs that had been their homes. For that reason, when the bodies of those most seditious citizens M. Flaccus and L. Saturninus had been slaughtered, their houses were razed to their lowest foundations. After remaining empty for a long time by way of punishment, Flaccus' site was adorned by Q. Catulus with the spoils of the Cimbri.⁴

⁶⁴ Thurini *Kempf*: Tyrii A *corr.*, LG

¹⁵ 479: Cic. *Off.* 3.49 (based on a confusion? Cf. Plut. *Them.* 20 etc. and see A. R. Dyke ad Cic. loc., p. 554).

¹⁶ A half-legendary lawgiver assigned by some to the seventh century: Aelian *Var. hist.* 13.24.

¹⁷ Sixth century: Diodor. 12.19.

ordered Themistocles to give up his project.¹⁵

Nothing could be braver than the following examples of justice. Zaleucus¹⁶ protected the city of Locri with very salutary and useful laws. His son was convicted on a charge of adultery and according to a law constituted by Zaleucus himself was due to lose both eyes. The whole community wished to spare the young man the necessity of punishment in honour of his father. For some time Zaleucus resisted, but in the end, overcome by the people's entreaties, he first gouged out one of his own eyes, then one of his son's, leaving the faculty of sight to them both. Thus he rendered to the law a due measure of retribution, by admirable balance of equity dividing himself between compassionate father and just lawgiver.

The justice of Charondas of Thurii was considerably harsher and more abrupt. He had pacified the assemblies of the citizens, which were strife-ridden to the point of violence and bloodshed, by making a law that anyone who came into them armed should immediately be put to death. Some time later he was coming home from a distant place in the country wearing his sword, when an assembly was suddenly announced. He went into it just as he was and was admonished by the person standing next to him that he had broken his own law. "And I shall ratify it too," he said, and forthwith drew the weapon he was carrying and fell upon it.¹⁷ He might have concealed his fault or defended it as an error, but he preferred to pay the penalty outright, so that justice should not be compromised.

6. DE FIDE PUBLICA

praef.

Cuius imagine ante oculos posita venerabile Fidei numen dexteram suam, certissimum salutis humanae pignus, ostentat. quam semper in nostra civitate viguisse et omnes gentes senserunt et nos paucis exemplis recognoscamus.

1 Cum Ptolomaeus rex tutorem populum Romanum filio reliquisset, senatus M. Aemilium Lepidum, pontificem maximum, bis consulem, ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit, amplissimique et integerrimi viri sanctitatem rei publicae usibus et sacris operatam externae procurationi vacare voluit, ne fides civitatis nostrae frustra petita existimaretur. cuius beneficio regia incunabula conservata pariter ac decorata incertum Ptolomaeo reddiderunt patrisne fortuna magis an tutorum maiestate gloriari deberet.

2 Speciosa illa quoque Romana fides. ingenti Poenorum classe circa Siciliam devicta, duces eius fractis animis consilia petendae pacis agitabant. quorum Hamilcar ire se ad consules negabat audere, ne eodem modo catenae sibi inicerentur quo ab ipsis Cornelio Asinae consuli fuerant iniectae. Hanno autem, certior Romani animi aestimator, nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit. apud quos cum de fine belli ageret et tribunus militum ei dixisset posse illi merito evenire quod Cornelio accidisset, uterque consul, tribuno tacere iusso, 'isto te' inquit 'metu, Hanno, fides civitatis nostrae

1 200: cf. Livy 31.2.3f. (Broughton I.321, 322 n.4).

2 256: Broughton I.208.

3 260: Livy *Per.* 17 etc. (Broughton I.205); cf. VM 6.9.11.

6. OF PUBLIC FAITH

When her image is set before our eyes the venerable divinity of Faith displays her right hand, the most certain pledge of human welfare. That she has always flourished in our community all nations have perceived; let us recall it with a few examples.

When king Ptolemy left the Roman people guardian to his son, the senate sent M. Aemilius Lepidus, Chief Pontiff and twice Consul, to Alexandria to look after the boy's tutelage, desiring that the probity of a very eminent and upright personage, versed in the usages and rituals of the commonwealth, should take time for an external charge, lest the faith of our community be thought to have been invoked in vain. By the senate's benefaction the royal cradle was both preserved and adorned, so that Ptolemy did not know whether he should be more proud of his father's fortune or of the majesty of his guardians.¹

Splendid too is the following instance of Roman faith. After a huge Punic fleet had been defeated off the coast of Sicily,² its broken-spirited commanders were discussing how to sue for peace. One of them, Hamilcar, said he would not dare to go to the Consuls for fear of being put in chains in the same way as they themselves had put them on Consul Cornelius Asina.³ But Hanno, a better judge of Roman mentality, thought there was nothing of that sort to be afraid of and went in full confidence for a conference with the Romans. While he was talking to them about ending the war, a Military Tribune said it would serve him right if what had befallen Cornelius were to happen to him. Thereupon both the Consuls told the Tribune to hold his tongue and said: "Hanno, the faith of our community frees

liberat.' claros illos fecerat tantum hostium ducem vincere potuisse, sed multo clariores fecit noluisse.

3 Adversus eosdem hostes parem fidem in iure legationis tuendo patres conscripti exhibuere: M. enim Aemilio Lepido L. Flaminio consulibus L. Minucium et L. Manlium Carthaginiensium legatis, quia manus his attulerant, per fetiales <a M.>⁶⁵ Claudio praetore dedendos curaverunt. se tunc senatus, non eos quibus hoc praestabatur aspexit.

4 Cuius exemplum superior Africanus secutus, cum onustam multis et illustribus Carthaginiensium viris navem in suam potestatem redegisset, inviolatam dimisit, quia se legatos ad eum missos dicebant, tametsi manifestum erat illos vitandi praesentis periculi gratia falsum legationis nomen amplecti ut Romani imperatoris potius decepta fides quam frustra implorata iudicaretur.

5 Repraesentemus etiam illud senatus nullo modo praetermittendum opus. legatos ab urbe Apollonia Romam missos Q. Fabius Cn. Apronius aedilicii orta contentione pulsaverunt. quod ubi comperit, continuo eos per fetiales legatis dedit, quaestoremque cum his Brundisium ire iussit, ne quam in itinere a cognatis deditorum iniuriam acciperent. illam curiam mortalium quis concilium ac non Fidei templum dixerit?

Quam ut civitas nostra semper benignam praestitit, ita

⁶⁵ *add. P*

⁴ 187: Livy 38.42.7, Dio fr. 61.

⁵ 203: Livy 30.25.9f. etc.

⁶ 266: Livy *Per.* 15, Dio fr. 42.

you from any such apprehension." The power to have put in bonds so important an enemy general had made them famous, but their unwillingness to do so made them much more famous.

The Conscript Fathers showed equal faith in protecting ambassadorial rights in relation to the same enemies. In the Consulship of M. Aemilius Lepidus and L. Flaminius they had L. Minucius and L. Manlius surrendered by Praetor M. Claudius through Fetials to Carthaginian envoys because they had used violence against the same. The senate on that occasion looked at itself, not at those to whom it was making this amend.⁴

Following its example the elder Africanus dismissed unharmed many distinguished Carthaginians who were on board a ship which he had got into his power, because they said they had been sent to him as envoys; this, although it was obvious that they were embracing the false name of an embassy to avoid the danger they were in.⁵ He preferred it thought that the faith of a Roman general had been imposed upon rather than that it had been appealed to in vain.

Let us also present another work of the senate, one by no means to be passed over. Q. Fabius and Cn. Apronius, former Aediles, struck some envoys sent to Rome from the city of Apollonia in a quarrel. When the senate learned of this, it immediately surrendered them through Fetials to the envoys and ordered a Quaestor to accompany the latter to Brundisium, so that no harm should come to them on the way from relatives of the persons surrendered.⁶ Who would call that senate house a council of mortals and not a temple of Faith?

As our community has always rendered Faith abun-

in sociorum quoque animis constantem recognovit.

ext. 1 Post duorum in Hispania Scipionum totidemque Romani sanguinis exercituum miserabilem stragem, Saguntini victricibus Hannibalis armis intra moenia urbis suae compulsi, cum vim Punicam ulterius nequirent arcere, collatis in forum quae unicuique erant carissima atque undique circumdati accensisque ignis nutrimentis, ne a societate nostra desisterent, publico et communi rogo semet ipsi superiecerunt. crediderim tunc ipsam Fidem, humana negotia speculantem, maestum gessisse vultum, perseverantissimum sui cultum iniquae Fortunae iudicio tam acerbo exitu damnatum cernentem.

ext. 2 Idem praestando Petelini eundem laudis honorem meruerunt. ab Hannibale, quia deficere a nostra amicitia nohuerant, obsessi, legatos ad senatum auxilium implorantes miserunt. quibus propter recentem Cannensem cladem succurri non potuit. ceterum permissum est uti facerent quod utilissimum incolunitati ipsorum videretur. liberum ergo erat Carthaginensium gratiam amplecti. illi tamen, feminis omnique aetate imbelli urbe egesta, quo diutius armati famem traherent, pertinacissime in muris constiterunt, exspiravitque prius eorum tota civitas quam ulla ex parte respectum Romanae societatis deposuit. itaque Hannibali non Peteliam, sed fidum Peteliae sepulcrum capere contigit.

⁷ In 211, whereas Hannibal captured Saguntum in 218. Valerius has excelled himself.

⁸ Livy 21.14, App. *Ib.* 12, Flor. 1.22.6.

⁹ 216: Livy 23.20.4-10 etc.

dantly, so it has recognized its steadfast presence in the hearts of our allies.

EXTERNAL

After the pitiable slaughter of the two Scipios in Spain and as many armies of Roman race,⁷ the Saguntines were driven by Hannibal's victorious arms inside the walls of their city. Unable to fend off the Punic power any longer, they collected into their forum all that each one of them held dearest and set inflammable substances around and ignited them. Then, rather than defect from our alliance, they threw themselves on top of the public and communal pyre.⁸ I could believe that Faith herself on that occasion watching the affairs of men wore a face of sorrow as she saw her most persevering cult condemned by judgment of unkind Fortune in so bitter an outcome.

By the same performance the people of Petelia earned a like honourable acclaim. Invested by Hannibal because they refused to defect from our friendship, they sent envoys to the senate appealing for help. Because of the recent disaster at Cannae none could be given them. But they were authorized to do whatever they thought most expedient for their own safety, so they were free to embrace the favour of the Carthaginians. Instead, they emptied the town of women and all who were not of fighting age so that the men in arms could draw out their hunger the longer, and obstinately stood on their walls, so that their entire community perished before in any way discarding its respect for the Roman alliance. So Hannibal succeeded in taking, not Petelia, but Petelia's faithful tomb.⁹

7. DE FIDE UXORUM ERGA VIROS

- 1 Atque ut uxoriā quoque fidem attingamus, Tertia Aemilia, Africani prioris uxor, mater Corneliae Gracchorum, tantae fuit comitatis et patientiae ut cum sciret viro suo ancillulam ex suis gratam esse, dissimulaverit, ne domitorem orbis Africanum, femina magnum virum, impatientiae reum ageret, tantumque a vindicta mens eius afuit ut post mortem Africani manumissam ancillam in matrimonium liberto suo daret.
- 2 Q. Lucretium, proscriptum a triumviris, uxor Turia inter cameram et tectum cubiculi abditum una conscia ancillula ab imminente exitio non sine magno periculo suo tutum praestitit, singularique fide id egit ut cum ceteri proscripti in alienis et hostilibus regionibus per summos corporis et animi cruciatibus vix evaderent, ille in cubiculo et in coniugis sinu salutem retineret.
- 3 Sulpicia autem, cum a matre Iulia diligentissime custodiretur, ne Lentulum Cruscellionem, virum suum proscriptum a triumviris, in Siciliam persequeretur, nihilo minus, famulari veste sumpta, cum duabus ancillis totidemque servis ad eum clandestina fuga pervenit, nec recusavit se ipsam proscribere ut ei fides sua in coniuge proscripto constaret.

7. OF THE FIDELITY OF WIVES
TOWARDS THEIR HUSBANDS

To touch also upon wifely fidelity, Tertia Aemilia, wife of the elder Africanus and mother of Cornelia of the Gracchi, was so accommodating and patient that although she knew that one of her slave girls had found favour with her husband, she pretended to be ignorant of it, lest she, a woman, charge a great man, world-conquering Africanus, with lack of self-control. And she was so far from any thought of revenge that after Africanus' death she freed the girl and gave her in marriage to one of her freedmen.¹

Proscribed by the Triumvirs, Q. Lucretius was hidden by his wife Turia between the ceiling and the roof of their bedroom. So with one slave girl for accomplice she kept him safe from imminent death not without great risk to herself. When others of the proscribed barely escaped in alien and hostile regions at the price of cruel tortures of body and mind, he, thanks to her extraordinary fidelity, kept his life in his bedroom and the bosom of his spouse.²

Sulpicia was held in close custody by her mother Julia to prevent her following Lentulus Cruscellio, her husband proscribed by the Triumvirs, to Sicily. Nonetheless she reached him in a secret flight dressed as a servant along with two slave girls and as many slaves. She did not baulk at proscribing herself in order to maintain her fidelity to her proscribed husband.³

¹ Not found elsewhere. The elder Africanus died in 183.

² 43/42: App. B.C. 4.44. The famous inscription called *Laudatio Turiae* is now generally thought to refer to someone else.

³ 43/42: App. B.C. 4.39.

8. DE FIDE SERVORUM

praef. Restat ut servorum etiam erga dominos quo minus expectatam hoc laudabiliorem fidem referamus.

1 M. Antonius, avorum nostrorum temporibus clarissimus orator, incesti reus agebatur. cuius in iudicio accusatores servum in quaestionem perseverantissime postulabant, quod ab eo, cum ad stuprum iret, lanternam praelatam contenderent. erat autem is etiam tum imberbis, et stabat <in>⁶⁶ corona,⁶⁷ videbatque rem ad suos cruciatus pertinere, nec tamen eos fugitavit. ille vero, ut domum quoque ventum est, Antonium hoc nomine vehementius confusum et sollicitum ultro est hortatus ut se iudicibus torquendum traderet, adfirmans nullum ore suo verbum exiturum quo causa eius laederetur, ac promissi fidem mira patientia praestitit: plurimis etenim⁶⁸ laceratus verberibus eculeoque impositus, candentibus etiam laminis ustus, omnem vim accusationis custodita rei salute subvertit. argui Fortuna merito potest quod tam pium et tam fortem spiritum servili corpore⁶⁹ inclusit.

2 Consulem autem C. Marium Praenestinae obsidionis miserabilem exitum sortitum, cuniculi latebris frustra evadere conatum, levique vulnere a Telesino, cum quo commori destinaverat, perstrictum servus suus, ut Sullanae crudelitatis expertem faceret, gladio traiectum interemit, cum magna praemia sibi proposita videret si eum victoribus tradidisset. cuius dexteræ tam opportunum ministe-

⁶⁶ *add. Becker*

⁶⁷ corona LG: -am A: coram A *corr.*

⁶⁸ etenim *Lipsius*: etiam AL: enim C

⁶⁹ corpore *Watt*¹: nomine AL

8. OF THE FIDELITY OF SLAVES

It remains to relate the fidelity of slaves towards their masters, the more praiseworthy as the less expected.

M. Antonius, a very famous orator in our forefathers' time, was accused of impurity. In his trial the prosecutors insistently demanded a slave for interrogation, contending that he carried a lantern in front of Antonius when he went to commit the crime. He was still beardless and stood there among the spectators realizing that the matter pertained to his own torture; yet he did not run away from it. When they got home, he spontaneously urged Antonius, who was much upset and worried on this account, to hand him over to the jury for torture, assuring him that no word would pass his lips detrimental to his master's case. And he kept his word with marvellous endurance. Lacerated with many stripes, put on the rack, burned with hot plates, he guarded the defendant's safety and destroyed all the force of the prosecution. Fortune can deservedly be blamed for enclosing so loyal and brave a spirit in the body of a slave.¹

It was Consul C. Marius' fortune to be part of the pitiable outcome of the siege of Praeneste. He tried in vain to escape by hiding in a sewer and was lightly wounded by Telesinus, with whom he had determined to die. Then a slave of his ran him through with a sword and killed him to make him safe from Sulla's cruelty, though he saw that great rewards awaited him if he surrendered his master to the victors.² The timely service of his hand does not yield

¹ Cf. VM 3.7.9. The story of the slave is not found elsewhere.

² 82: *Livy Per.* 86-88 etc. (Broughton II.66).

rium nihil eorum pietati cedit a quibus salus dominorum protecta est, quia eo tempore Mario non vita sed mors in beneficio reposita erat.

3 Aequè illustre quod sequitur. C. Gracchus, ne in potestatem inimicorum perveniret, Philocrati servo suo cervicem incidendas praebuit. quas cum celeri ictu abscondisset, gladium cruore domini manantem per sua egit praecordia. Euporum alii hunc vocitatum existimant; ego de nomine nihil disputo, famularis tantummodo fidei robur admiror. cuius si praesentiam animi generosus iuvenis imitatus foret, suo non servi beneficio imminetia supplicia vitasset: nunc commisit ut Philocratis quam Gracchi cadaver speciosius iaceret.

4 Alia nobilitas, alius furor, sed fidei par exemplum. Pindarus <C.>⁷⁰ Cassium Philippensi proelio victum, nuper ab eo manumissus, iussu ipsius obruncatum insultationi hostium subtraxit, seque e conspectu hominum voluntaria morte abstulit, ita ut ne corpus quidem eius assumpti inveniretur. quis deorum, gravissimi sceleris ultor, illam dexteram, <quae>⁷¹ in necem patriae parentis exarserat, tanto torpore illigavit ut se tremibunda Pindari genibus summitteret, ne publici parricidii quas merebatur poenas arbitrio piae victoriae exsolveret? tu profecto tunc, dive Iuli, caelestibus tuis vulneribus debitam exegisti vindictam, perfidum erga te caput sordidi auxilii supplex fieri cogendo, eo animi aestu compulsus ut neque retinere vitam vellet neque finire sua manu auderet.

⁷⁰ add. P

⁷¹ add. A corr., L corr.

3 121: Vell. 2.6.6 etc.

4 42: Vell. 2.70.2 etc.

to the loyalty of those who saved their masters' lives; for at that time not life but death was a kindness for Marius.

Equally celebrated is what follows. To avoid falling into the power of his enemies, C. Gracchus offered his neck for severance to his slave Philocrates. When the latter had beheaded him with a swift blow, he thrust the sword, dripping with his master's blood, through his own breast. Others think that his name was Euporus. I make no dispute about the name, I only admire the strength of the servant's fidelity.³ If the nobly born young man had imitated his ready courage, he would have avoided the pains ahead thanks to himself, not his slave. As it was, he so managed it that Philocrates' dead body made a better showing than Gracchus'.

A different noble family, different frenzy, but an equal example of fidelity. When C. Cassius was defeated at the battle of Philippi, Pindarus, whom he had recently freed, killed him at his own orders and rescued him from the insults of his enemies. He then withdrew himself from the sight of men by voluntary death, so that even Cassius' body was not found after he was gone. Which of the gods avenging a most heinous crime tied that hand, which had flared up to kill the father of his country, with a numbness such that it lowered itself in trembling to the knees of Pindarus, lest at the arbitrament of pious victory it pay the penalty for public parricide as it deserved? Surely, divine Julius, you then wreaked the vengeance due to your celestial wounds, forcing your betrayer to go suppliant for ignominious aid, driven by such agitation of mind that he neither wished to retain his life nor dared to end it with his own hand.⁴

5 Adiunxit se his cladibus C. Plotius Plancus, Munatii Planci consularis et censorii frater. qui cum a triumviris proscriptus in regione Salernitana lateret, delicatioris vitae genere et odore unguenti occultam salutis custodiam detexit: istis enim vestigiis eorum qui miseros persequebantur sagax inducta cura abditum fugae eius cubile odorata est. a quibus comprehensi servi latentis multumque ac diu torti negabant se scire ubi dominus esset. non sustinuit deinde Plancus tam fideles tamque boni exempli servos ulterius cruciari, sed processit in medium iugulumque gladiis militum obiecit. quod certamen mutuae benivolentiae arduum dinosci facit utrum dignior dominus fuerit qui tam constantem servorum fidem experiretur, an servi qui tam iusta domini misericordia quaestionis saevitia liberarentur.

6 Quid? Urbinii Panapionis servus quam admirabilis fidei! cum ad dominum proscriptum occidendum domesticorum indicio certiores factos milites in Reatinam villam venisse cognosset, commutata cum eo veste, permutato etiam anulo, illum postico clam emisit, se autem in cubiculum ac lectulum recepit et ut Panapionem occidi passus est. brevis huius facti narratio, sed non parva materia laudationis: nam si quis ante oculos ponere velit subitum militum accursum, convulsa ianuae claustra, minacem vocem, truces vultus, fulgentia arma, rem vera aestimatione prosequetur, nec quam cito dicitur aliquem pro alio mori voluisse, tam id ex facili etiam fieri potuisse arbitrabitur. Panapio autem quantum servo deberet amplum ei faci-

⁵ 43/42: Pliny *N.H.* 13.25, with the unsympathetic comment "who but would judge that the likes of him deserved to die?"

To these fatalities C. Plotius Plancus, brother of ex-Consul and Censor Munatius Plancus, added himself. Proscribed by the Triumvirs, he was hiding in the Salerno district, but his somewhat luxurious way of living and the odour of perfume uncovered his life's concealed safekeeping. For by these traces the keen attention of those in pursuit of such unfortunates was drawn and got wind of the secret lair of the fugitive. They arrested his slaves as he lay hidden and tortured them much and long, but they maintained ignorance of their master's whereabouts. Plancus could not bear that slaves so faithful and exemplary should be tormented further; he came out into the open and offered his throat to the soldiers' swords. Such a contest of mutual well-wishing makes it hard to determine which was the more deserving: the master to find such steadfast fidelity in his slaves or the slaves to be freed from the cruelty of interrogation by their master's just compassion.⁵

And then, how admirable the fidelity of Urbinus Panapio's slave! Learning that soldiers apprised by household informers had arrived at the country house near Reate to kill his proscribed master, he changed clothes with him, exchanged rings too, and let him secretly out by the back door. The slave then retired to the bedroom and the bed, and let himself be killed as Panapio. The act is short in the telling, but no small matter for praise. If we choose to imagine the sudden inrush of the soldiers, the door bolts forced, the threatening words, the fierce visages, the gleaming weapons, we shall make a true estimate of the case, nor think that in the time it takes to say that one man chose to die for another the thing could actually have been done so easily. Panapio acknowledged how much he owed

endo monumentum ac testimonium pietatis grato titulo reddendo confessus est.

7 Contentus essem huius exemplis generis, nisi unum me <a>dicere⁷² admiratio facti cogeret. Antius Restio, proscriptus a triumviris, cum omnes domesticos circa rapinam et praedam occupatos videret, quam maxime poterat dissimulata fuga se penetibus suis intempesta nocte subduxit. cuius furtivum egressum servus ab eo vinculorum poena coercitus, inexpiabilique litterarum nota per summam oris contumeliam inustus, curiosis speculatus oculis ac vestigia huc atque illuc errantia benivolo studio subsecutus, lateri voluntarius comes arrepsit. quo quidem tam exquisito tamque ancipiti officio perfectissimum <in>expectatae⁷³ pietatis cumulum expleverat: iis enim quorum felicior in domo status fuerat lucro intentis, ipse, nihil aliud quam umbra et imago suppliciorum suorum, maximum esse emolumentum eius a quo tam graviter punitus erat salutem iudicavit, cumque abunde foret iram remittere, adiecit etiam caritatem. nec hactenus benivolentia processit, sed in eo conservando mira quoque arte usus est: nam ut sensit cupidus sanguinis milites supervenire, amoto domino rogam exstruxit, eique egentem a se comprehensum et occisum senem superiecit. interrogantibus deinde militibus ubinam esset Antius, manum rogo intentans ibi illum datis sibi crudelitatis piaculis uri respondit. quia veri similia loquebatur, habita est voci fides. quo evenit ut Antius

⁷² add. Per. ⁷³ add. idem

⁶ 43/42: Sen. Ben. 3.25 etc.

to the slave by putting up a fine monument to him and testifying to his loyalty in a grateful inscription.⁶

I should rest content with my examples in this kind, were I not obliged to add one more by my admiration for the act. Antius Restio, proscribed by the Triumvirs, seeing all his household servants busy plundering and looting, stole out of his home in the dead of night in a flight as secret as he could make it. He had a slave whom he had put in chains and branded with inexpiable⁷ letters on the face to his extreme indignity. This slave watched his furtive egress with curious eyes and, following his master's wandering footsteps with benevolent eagerness, crept up to his side as his voluntary companion. By such studied and dangerous service he had more than filled the most perfect measure of unlooked-for loyalty. While those whose condition in the house had been happier than his were intent on gain, he, who was nothing but the shadow and semblance of his punishments, saw his greatest profit in the life of one who had chastised him so severely. Where it would have been more than enough to forgive, he added affection. Nor did his will to help stop there; he also used a remarkable stratagem to save him. For when he saw that the bloodthirsty soldiers were upon them, he put his master out of the way and built a pyre, on which he threw an indigent old man whom he had seized and killed. When the soldiers asked where Antius was, he pointed to the pyre and answered that he was being burned there after having made atonement for the cruelty to himself. Since what he said sounded plausible, his words were believed. So it turned

⁷ In effect "indelible." Cicero (*Rep.* 3.19) has *inexpiabiles poenae* for punishments which cannot be cancelled by expiation.

spatium <et>⁷⁴ quaerendae incolumitatis occasionem adsequeretur.

9. DE MUTATIONE MORUM AUT FORTUNAE

praef.

Multum animis hominum et fiduciae adicere et sollicitudinis detrudere potest morum ac fortunae in claris viris recognita mutatio, sive nostros status sive proximorum ingenia contemplemur: nam cum aliorum fortunas spectando⁷⁵ ex condicione abiecta atque contempta emersisse claritatem videamus, quid aberit quin et ipsi meliora de nobis semper cogitemus, memores stultum esse perpetuae infelicitatis se praedamnare spernque, quae etiam incerta recte fovetur, interdum certam in desperationem convertere?

- 1 Manlius Torquatus adeo hebetis atque obtusi cordis inter initia iuventae existimatus ut a patre L. Manlio, amplissimo viro, quia et domesticis et rei publicae usibus inutilis videbatur, rus relegatus agresti opere fatigaretur, postmodum patrem reum iudiciali periculo liberavit, filium victorem, quod adversus imperium suum cum hoste manum conseruerat, securi percussit, patriam Latino tumultu fessam speciosissimo triumpho recreavit, in hoc, credo, <malig>nae⁷⁶ Fortunae nubilo adulescentiae contemptu perfusus, quo senectutis eius decus lucidius entesceret.

⁷⁴ spatium et *Watt*1: statum* AL

⁷⁵ spectando A *corr.*: et pectora* LG

⁷⁶ malignae ⚔: ne* AL

out that Antius gained time and opportunity to get out of danger.⁸

9. OF CHANGE OF CHARACTER OR FORTUNE

Recognition of change of character and fortune in famous men can add much confidence to our minds and take away much anxiety, whether we look at our own situations or those of our neighbours. For when in watching the fortunes of others we see how brilliance emerged from abjection and contempt, why shall we too not always have better thoughts about ourselves, mindful that it is foolish to sentence oneself in advance to perpetual infelicity and in the meanwhile convert hope, which it is right to foster even if uncertain, to certain despair?

Manlius Torquatus in the early stages of his adult life was supposed to be of so blunt and dull an intellect that his father L. Manlius, a man of the highest consequence, banished him to the country and wore him out with farm labour, because he appeared to be useless for both domestic and public employments. Later on he released his father, who was under prosecution, from the danger of a trial, he beheaded his victorious son for having fought with an enemy against his orders, and by a splendid triumph revived his country wearied with a Latin turmoil. Malignant Fortune's cloudy face, I suppose, doused him with contempt of his youth in order that the glory of his old age might shine the brighter.¹

⁸ 43/42: App. B.C. 4.43 etc.

¹ Cf. VM 2.7.6, 5.4.3.

- 2 Scipio autem Africanus superior, quem di immortales nasci voluerunt ut esset in quo virtus se per omnes numeros hominibus efficaciter ostenderet, solutioris vitae primos adulescentiae annos egisse fertur, remotos quidem a luxuriae crimine, sed tamen Punicis tropaeis, devictae Carthaginis cervicibus imposito iugo teneriores.
- 3 C. quoque Valerius Flaccus secundi Punici belli temporibus luxu perditam adulescentiam incohavit. ceterum a P. Licinio pontifice maximo flamen factus, quo facilius a vitiis recederet, ad curam sacrorum et caerimoniarum converso animo, usus duce frugalitatis religione, quantum prius luxuriae fuerat exemplum, tantum postea modestiae et sanctitatis specimen evasit.
- 4 Nihil Q. Fabio Maximo, qui Gallica victoria cognomen Allobrogici sibimet ac posteris peperit, adulescente magis infame, nihil eodem sene ornatius aut speciosius illo saeculo nostra civitas habuit.
- 5 Quis ignorat Q. Catuli auctoritatem in maximo clarissimorum virorum proventu excelsum gradum obtinuisse? cuius si superior aetas revolvatur, multi lusus, multae deliciae reperiantur. quae quidem ei impedimento non fuerunt quo minus patriae princeps existeret, nomenque eius in Capitolino fastigio fulgeret, ac virtute civile bellum ingenti motu oriens sepeliret.

² Gell. 7.8.5, citing Naevius. ³ In 209: Livy 27.8.4-10.

⁴ As Consul in 121. His earlier bad reputation is attested only here, perhaps by confusion with his cousin by adoption Eburnus, if Eburnus is indeed the Fabius Maximus of VM 2.7.3.

⁵ He was put in charge of the restoration of the Capitoline temple of Jupiter in 78 and consecrated it in 68.

Scipio Africanus the elder, whom the immortal gods wished born so that there might be a man in whom virtue could effectively show herself to mankind in all her aspects, is said to have led a rather loose life in his first years as a young man; they were well removed to be sure from the reproach of dissipation but still not quite tough enough for the Punic trophies and the yoke planted on the neck of vanquished Carthage.²

C. Valerius Flaccus too at the time of the Second Punic War began with a youth of ruinous extravagance. But when he was made a Flamen by Chief Pontiff P. Licinius,³ to withdraw from his vices the more easily he turned his mind to the care of sacred things and ceremonies, using religion as his guide to good conduct. Earlier an example of dissipation, he later became no less a pattern of propriety and purity.

Our community had no more disreputable member at that time than Q. Fabius Maximus in his young days, who by victory in Gaul⁴ won for himself and his descendants the surname of Allobrogicus; and none in that era was more distinguished or respectable than the same in old age.

Everyone knows that Q. Catulus' reputation stood at a lofty level in a great plenty of illustrious men. If his earlier life were to be reviewed, many frolics and indulgences would be found. They did not hinder him from becoming the leading man in the country or prevent his name shining at the summit of the Capitol⁵ or stop him from burying by his valour the mighty upheaval of a rising civil war.⁶

⁶ Provoked by his colleague in the Consulship M. Lepidus in 78.

6 L. vero Sulla usque ad quaesturae suae comitia vitam libidine, vino, ludicrae artis amore inquinatam perduxit. quapropter C. Marius⁷⁷ consul moleste tulisse traditur quod sibi asperrimum in Africa bellum gerenti tam delicatus quaestor sorte obvenisset. eiusdem virtus, quasi perruptis et disiectis nequitiae qua obsidebatur claustris, catenas Iugurthae manibus iniecit, Mithridatem compe-scuit, socialis belli fluctus repressit, Cinnae dominationem fregit, eumque qui se in Africa quaestorem fastidierat ipsam illam provinciam proscriptum et exsulem petere coegit. quae tam diversa tamque inter se contraria si quis apud animum suum attentiore comparatione expendere velit, duos in uno homine Sullas fuisse crediderit, turpem adulescentulum et virum dicerem fortem, nisi ipse se felicem appellari maluisset.

7 Atque ut nobilitati,⁷⁸ beneficio paenitentiae se ipsam admonitae respicere, altiora modo suo sperare ausos sub-
texamus, T. Aufidius, cum Asiatici publici exiguam admo-
dum particulam habuisset, postea totam Asiam proconsu-
lari imperio obtinuit. nec indignati sunt socii eius parere
fascibus quem aliena tribunalia adulantem viderant. gessit
enim⁷⁹ se integerrime atque splendidissime. quo qui-
dem⁸⁰ modo demonstravit pristinum quaestum suum For-
tunae, praesens vero dignitatis incrementum moribus
ipsius imputari debere.

8 At P. Rupilius non publicanum in Sicilia egit, sed operas
publicanis dedit. idem ultimam inopiam suam auctorato

⁷⁷ Marius *Kempf*: -um AL

⁷⁸ nobilitati *Gronovius*: -tis AL

⁷⁹ enim *Damsté*: etiam AL

⁸⁰ quo quidem *Kempf*: quoque id AL

Down to his election as Quaestor⁷ L. Sulla had led a life stained by lust, wine, and love of the theatre. Hence we are told that Consul C. Marius was displeased that so frivolous a Quaestor should have come his way by lot as he was conducting a very difficult war in Africa. But Sulla's ability, as though breaking and scattering the bars of profligacy by which it was confined, put chains on the hands of Jugurtha, subdued Mithridates, calmed the billows of the Social War, broke the domination of Cinna, and forced the man who had disdained him as Quaestor in Africa to resort to that very province as a proscribed exile. Whoever weighs such diversities and contradictions in his mind and compares them carefully might suppose that there were two Sullas in one person: the disreputable youth and the man whom I should call strong if he himself had not preferred to be styled fortunate.

To nobility, admonished by repentance to take heed to itself, let me attach those who dared to look higher than their measure. T. Aufidius, who had shared in a very small way in the Asian tax contracts, later governed the whole of Asia⁸ with proconsular authority. Our allies were not aggrieved at obeying the fasces of a man they had seen fawning on other tribunals. For he behaved most uprightly and creditably, thereby proving that his former livelihood should be imputed to Fortune, but his present accession of dignity to his own character.

P. Rupilius was not a tax farmer in Sicily, he worked for the tax farmers. He also eked out his extreme poverty by

⁷ In 108: cf. *Plut. Sull. 1f.*, *Sall. Iug. 95*, *Firm. Math. 1.7.28*.

⁸ The Roman province, probably in 65 (*Broughton II.142 n.9*). *Cicero (Brut. 179)* gives him a good character.

sociis officio sustentavit. ab hoc postmodum consule leges universi Siculi acceperunt, acerbissimoque praedonum ac fugitivorum bello liberati sunt. portus ipsos, si quis modo mutis rebus inest sensus, tantam in eodem homine varietatem status admiratos arbitror: quem enim diurnas capturas exigentem animadverterant, eundem iura dantem classesque et exercitus regentem viderunt.

9 Huic tanto incremento maius adiciam. Asculo capto Cn. Pompei<us>,⁸¹ Magni pater, P. Ventidium aetate <im>puberem⁸² in triumpho suo populi oculis subiecit. hic est Ventidius qui postea Romae ex Parthis et per Parthos de Crassi manibus in hostili solo miserabiliter iacentibus triumphum duxit. ita qui captivus carcerem exhorruerat, victor Capitolium felicitate celebravit. in eodem etiam illud eximium, quod eodem anno praetor et consul est factus.

10 Casuum nunc contemplemur varietatem. L. Lentulus consularis lege Caecilia repetundarum crimine oppressus censor cum L. Censorino creatus est. quem quidem Fortuna inter ornamenta et dedecora alterna vice versavit, consulatu illius damnationem, damnationi censuram subiciendo, et neque bonis eum perpetuis frui neque malis aeternis ingemescere patiendi.

⁸¹ *add. Pighius*

⁸² *add. idem*

⁹ In 132 (Broughton I.498).

¹⁰ In 38. With questionable logic the avenging of Crassus' fate is regarded as a triumph over it. On Ventidius see sources in Briscoe.

hiring his services to the allies. Later the whole of Sicily accepted laws from him as Consul⁹ and was freed from a very bitter war with pirates and runaway slaves. I think the very harbours, if dumb things have feelings, were astonished at such a variety of status in the same individual. They watched a man they had seen pulling in his daily takings sitting in judgment and commanding fleets and armies.

To this elevation, great as it was, I shall add a greater. When Asculum was captured, Cn. Pompeius, father of Magnus, subjected P. Ventidius, still a child, to the eyes of the people at his triumph. This is the Ventidius who later triumphed in Rome over the Parthians and through the Parthians over the shade of Crassus lying miserably on enemy soil.¹⁰ So as a captive he had shuddered at the prison, as a victor he crowded the Capitol with his felicity. He was also extraordinary in having been made Praetor and Consul in the same year.

Let us now look at the variety of men's fortunes. L. Lentulus,¹¹ a Consular, after conviction on a charge of extortion under the Caecilian law,¹² was elected Censor¹³ with L. Censorinus. Fortune turned him this way and that between honours and disgraces, following Consulship with conviction, conviction with Censorship, suffering him neither to enjoy lasting good nor bewail unchanging bad.

¹¹ Lupus, Consul in 156. His conviction, not elsewhere noticed, will have been in 154 or 153 after governorship of a province (Broughton I.451 n.2).

¹² A mistake for the *lex Calpurnia de repetundis* of 149, as often supposed. But the reference may be to an ad hoc court (Broughton).

¹³ In 147.

- 11 Iisdem viribus uti voluit in Cn. Cornelio Scipione Asina.⁸³ qui consul a Poenis apud Liparas captus, cum belli iure omnia perdidisset, laetiore subinde vultu eius adiutus cuncta recuperavit, consul etiam iterum creatus est. quis crederet illum a duodecim securibus ad Carthaginiensium perventurum catenas? quis rursus existimaret a Punicis vinculis ad summi imperii perventurum insignia? sed tamen ex consule captivus et ex captivo consul est factus.
- 12 Quid? Crasso nonne pecuniae magnitudo locupletis nomen dedit? sed eidem postea inopia turpem decoctoris appellationem⁸⁴ inussit, si quidem bona eius a creditoribus, quia solidum praestare non poterat, venierunt. itaque qui <nimiis divitiis invisus fuerat>⁸⁵ amara suggillatione non caruit; cum egens ambularet, Dives ab occurrentibus salutabatur.
- 13 Crassum casus acerbitate Q. Caepio praecurrit: is namque, praeturae splendore, triumphi claritate, consularis decore, maximi pontificis sacerdotio ut senatus patronus diceretur adsecutus, in publicis vinculis spiritum deposuit, corpusque eius funestis⁸⁶ carnificis manibus laceratum in scalis Gemoniis iacens magno cum horrore totius fori Romani conspectum est.
- 14 Iam C. Marius maxima Fortunae luctatio est:⁸⁷ omnes enim eius impetus qua corporis qua animi robore fortis-

⁸³ Asina P: Nasica A: Naes- L

⁸⁴ appellationem *Lipsius*: superla- * AL

⁸⁵ *add.* SB³; Br ⁸⁶ *add.* Gertz ⁸⁷ maxima (G: -me A, -mae L) f- l- est L *corr.*: m- f- luctatione* A

¹⁴ Cf. VM 6.6.2.

¹⁵ Cic. *Tusc.* 1.81. The original Crassus Dives, Consul in 205,

She chose to use the same power in the case of Cn. Cornelius Scipio Asina, who as Consul was taken prisoner by the Carthaginians at Lipara. By the laws of war he had lost all, but aided anon by her more cheerful countenance he regained everything, and was even elected Consul a second time. Who would have believed that he would pass from the twelve axes to Carthaginian chains? Who again would have thought that he would pass from Punic bonds to the emblems of highest command? All the same, from Consul he became prisoner and from prisoner Consul.¹⁴

And Crassus? Did not the volume of his money give him the name of Rich? But later the lack of it branded him with the shameful appellation of bankrupt, when his property was sold by his creditors since he could not pay in full. And so he who had once been envied for his excessive wealth had to take a bitter insult: as a poor man, he was greeted as Mr. Rich by those who met him on the street.¹⁵

Q. Caepio surpassed Crassus in the harshness of his lot. By the distinction of his Praetorship, the brilliance of his triumph, the glory of his Consulship, the priesthood of Chief Pontiff, he won the title of Protector of the senate. But he breathed his last in public bonds and his body, torn by the dire hands of an executioner, was seen lying on the Gemonian Steps to the great consternation of the whole Roman Forum.¹⁶

Next is C. Marius, Fortune's greatest wrestle. For he stood up bravely to all her shocks by strength both of mind

had a descendant, Praetor in 57, who went bankrupt; cf. Cic. *Att.* 2.13.2 with commentary. Valerius and Pliny *N.H.* 33.133 confuse, as do moderns.

¹⁶ See VM 4.7.3.

sime sustinuit. Arpinatibus honoribus iudicatus inferior, quaesturam Romae petere ausus est. patientia deinde repulsarum irrupit magis in curiam quam venit. in tribunatus quoque et aedilitatis petitione consimilem campi notam expertus, praeturae candidatus supremo in loco adhaesit,⁸⁸ quem tamen non sine periculo obtinuit: ambitus enim accusatus vix atque aegre absolutionem ab iudicibus impetravit. ex illo Mario, tam humili Arpini,⁸⁹ tam ignobili Romae, tam fastidiendo candidato, ille Marius evasit qui Africam subegit, qui Iugurtham regem ante currum egit, qui Teutonorum Cimbrorumque exercitus delevit, cuius bina tropaea in urbe spectantur, cuius septem in fastis consulatus leguntur, cui post exilium consulem creari proscriptoque facere proscriptionem contigit. quid huius condicione inconstantius aut mutabilius⁹⁰ quem si inter miseris posueris, miserrimus, <si>⁹⁰ inter felices, felicissimus reperietur.

15 C. autem Caesar, cuius virtutes aditum sibi in caelum struxerunt,⁹¹ inter primae iuventae initia privatus Asiam petens, a maritimis praedonibus circa insulam Pharmacussam⁹² exceptus, quinquaginta se talentis redemit. parva igitur summa clarissimum mundi sidus in piratico myoparone rependi Fortuna voluit. quid est ergo quod amplius de ea queramus, si ne consortibus quidem divinitatis suae parcit? sed caeleste numen se ab iniuria vindicavit: continuo enim captos praedones crucibus adfixit.

⁸⁸ adh- Gronovius: ita h- AL

⁸⁹ Arpini G: -na AL: -nate A corr.

⁹⁰ si G: om. AL

⁹¹ struxerunt A corr.: instr- AL

⁹² Br

and body. Judged too humble for the honours of Arpinum, he ventured to stand for the Quaestorship in Rome. Then by his patience under rebuffs he did not so much enter the senate as break into it. In standing for the Tribunate and the Aedileship too he met with a similar electoral stigma, and as a candidate for the Praetorship hung on in the last place, which however he held not without risk; for accused of malpractice, he won an acquittal from the jury with the utmost difficulty. From that Marius, so lowly in Arpinum, so inglorious in Rome, so contemptible a candidate, emerged the Marius who subdued Africa, drove king Jugurtha before his chariot, destroyed the hosts of the Teutones and Cimbri, whose two trophies are seen in the city, whose seven Consulships are read in the Fasti, to whom it fell to become Consul after exile and to make a proscription after having been proscribed. What more unstable or changeable than his condition? If you put him among the wretched, he was wretched indeed; if among the fortunate, none will be found as fortunate as he.¹⁷

C. Caesar, whose virtues made their own road to heaven, in his earliest youth while travelling to Asia as a private citizen, was taken prisoner by sea robbers off the island of Pharmacussa and ransomed himself for fifty talents. So Fortune willed that the brightest star in the universe should be exchanged for a small sum in a pirate galley. So why should we complain of her any more if she does not spare even her partners in deity? But the celestial power avenged itself for the insult; for presently Caesar captured the pirates and crucified them.¹⁸

¹⁷ See Weynand, *RE* suppl. VI.1363-1425.

¹⁸ 74: Suet. *Iul.* 4 etc.

EXTERNAL

ext. 1

Attento studio nostra commemoravimus: remissiore nunc animo aliena narrentur. perditae luxuriae Athenis adulescens Polemo, neque illecebris eius tantummodo sed etiam ipsa infamia gaudens, cum e convivio non post occasum solis sed post ortum surrexisset domumque rediens Xenocratis philosophi patentem ianuam vidisset, vino gravis, unguentis delibutus, sertis capite redimito, perlucida veste amictus, refertam turba doctorum hominum scholam eius intravit. nec contentus tam deformi introitu, consedit etiam, ut clarissimum eloquium et prudentissima praecepta temulentiae lasciviis elevaret. orta deinde, ut par erat, omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, ommissaque re quam disserebat, de modestia ac temperantia loqui coepit. cuius gravitate sermonis resipiscere coactus Polemo primum coronam capite detractam proiecit, paulo post brachium intra pallium reduxit, procedente tempore oris convivalis hilaritatem deposuit, ad ultimum totam luxuriam exiit, uniusque orationis saluberrima medicina sanatus ex infami ganeone maximus philosophus evasit. peregrinatus est huius animus in nequitia, non habitavit.

ext. 2

Piget Themistoclis adulescentiam attingere, sive patrem aspiciam abdicationis iniungentem notam, sive matrem suspendio finire vitam propter filii turpitudinem coactam, cum omnium postea Graii sanguinis virorum clarissimus exstiterit, mediumque Europae et Asiae vel spei vel desperationis pignus fuerit: haec enim eum salutis suae

¹⁹ He succeeded Xenocrates as head of the Academy in 315/14. For his conversion see Hor. *Sat.* 2.3.254 etc.

With eager attention we have commemorated our own. Let alien examples be related more at our ease. There was a young man in Athens called Polemo, of a desperate profligacy, who rejoiced not only in its allurements but in the very infamy. Rising from a dinner party not after sunset but after sunrise and making his way home, he noticed that the door of the philosopher Xenocrates was wide open. Heavy with wine, drenched with perfumes, garlands on his head, dressed in transparent clothing, he entered Xenocrates' lecture hall which was filled with an assembly of learned men. Not content with so unseemly an entrance, he proceeded to sit down, intending to mock the splendid eloquence and wise precepts with tipsy fooleries. Naturally everyone waxed indignant, but Xenocrates without changing countenance dropped the topic on which he was discoursing and began to speak of modesty and temperance. The gravity of his words brought Polemo to his senses. First he took the garland from his head and threw it away, a little later drew his arm inside his cloak, as time went on put off the hilarity of his convivial face, finally stripped away luxury in its entirety and, healed by the salutary medicine of a single speech, from a notorious debauchee he ended up a great philosopher. His soul sojourned in vice, but vice was not its home.¹⁹

It irks me to touch upon the youth of Themistocles, whether I look at his father, who put upon him the stigma of repudiation, or his mother, who was driven to hang herself because of her son's infamy; although later he turned out the most famous of all the Grecian race and stood between Europe and Asia as the pledge of either hope or despair. For Europe had him as her life's protector, Asia

patronum habuit, illa vadem victoriae adsumpsit.

ext. 3 Cimonis vero incunabula opinione stultitiae fuerunt referta: eiusdem adulti⁹³ imperia salutaria Athenienses senserunt. itaque coegit eos stuporis semet ipsos damnare, qui eum stolidum crediderant.

ext. 4 Nam Alcibiaden quasi duae Fortunae partitae sunt, altera quae ei nobilitatem eximiam, abundantes divitias, formam praestantissimam, favorem civium propensum, summa imperia, praecipuas potentiae vires, flagrantissimum ingenium adsignaret, altera quae damnationem, exsilium, venditionem bonorum, inopiam, odium patriae, violentam mortem infligeret: nec aut haec aut illa universa, sed varia, perplexa, freto atque aestui similia.

ext. 5 Ad invidiam usque Polycratis, Samiorum tyranni, abundantissimis bonis conspicuus vitae fulgor excessit, nec sine causa: omnes enim conatus eius placido excipiebantur itinere, spes certum cupitae rei fructum apprehendebant, vota nuncupabantur simul et solvebantur, velle ac posse in aequo positum erat. semel dumtaxat vultum mutavit, perquam brevi tristitiae salebra succussum, tunc cum admodum gratum sibi anulum de industria in profundum, ne omnis incommodi expers esset, abiecit. quem tamen continuo recuperavit, capto pisce qui eum devoraverat. sed hunc, cuius felicitas semper plenis velis prosperum cursum tenuit, Orontes, Darei regis praefectus, in excelsissimo Mycalensis montis vertice cruci adfixit, e qua putres eius artus et tabido cruore manantia membra atque

⁹³ adulti *Madvig*: stultitiae* AL

²⁰ Born *ca.* 524: *Nep. Them.* 1.1f. etc.

²¹ Born *ca.* 510: *Plut. Cim.* 4. ²² Born mid-fifth century.

took him as her guarantor of victory.²⁰

Cimon's beginnings were filled with a persuasion of stupidity; as a grown man, the Athenians found salvation in his commands. So he obliged those who had believed him a dullard to convict themselves of doltishness.²¹

As for Alcibiades,²² two Fortunes as it were shared him between them. One assigned him outstanding nobility of birth, abundant riches, striking good looks, the ready favour of his countrymen, the highest commands, outstanding private power, an ardent intelligence; the other brought down upon him judicial condemnation, exile, sale of property, poverty, his country's hatred, a violent death. Nor did either part have a monopoly; they were variously intermingled, like the rough waters of a channel.²³

The life of Polycrates, tyrant of the Samians, was brilliant to conspicuous excess and the arousing of envy by its abundance of blessings, as well it might. All his enterprises found an easy path to further them, his hopes seized assured enjoyment of the object desired, his vows were discharged as soon as taken, the wish and the power to attain it stood level. Only once did he change countenance, shaken by a very brief jolt of distress; that was when he deliberately flung a ring of which he was very fond into the sea, so that he should not be totally free of trouble. But presently he recovered it, when the fish that had swallowed it was caught. But this man, whose felicity always held its prosperous course full sail, was crucified by king Darius' viceroy Orontes on the highest peak of the mountain of Mycale. Up there Samos, long crushed in harsh servitude, saw with free and joyful eyes his rotting limbs, his

²³ Cf. *Nep. Alc.* 1, *Plut. Alc.* 2.

illam laevam, cui Neptunus anulum piscatoris manu restituerat, situ marcidam Samos, amara servitute aliquamdiu pressa, liberis ac laetis oculis aspexit.

ext. 6 Dionysius autem, cum hereditatis nomine a patre Syracusanorum ac paene totius Siciliae tyrannidem accepisset, maximarum opum dominus, exercituum dux, rector classium, equitatum potens, propter inopiam litteras pueros Corinthi docuit, eodemque tempore tanta mutatione maiores natu ne quis nimis Fortunae crederet, magister ludi factus ex tyranno, monuit.

ext. 7 Sequitur hunc Syphax rex, consimilem Fortunae iniquitatem expertus, quem amicum hinc Roma per Scipionem, illinc Carthago per Hasdrubalem ultro petatum ad penates deos eius venerat. ceterum eo claritatis evectus ut validissimorum populorum tantum non arbiter victoriae existeret, parvi temporis interiecta mora catenatus a Laelio legato ad Scipionem imperatorem pertractus est, cuiusque dexteram regio insidens solio arroganti manu attingerat, eius genibus supplex procubuit.

Caduca nimirum⁹⁴ et fragilia puerilibusque consentanea crepundiis sunt ista quae vires atque opes humanae vocantur. adfluunt subito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt, sed incertissimo flatu Fortunae huc atque illuc acta quos sublime extulerunt improvise recursu destitutos profundo

⁹⁴ *add.* ε

²⁴ 525: Herod. 3.39-42, 120-25 etc.

²⁵ He was expelled from Syracuse in 344: Cic. *Tusc.* 3.27 etc.

members dripping with putrescent gore, and his left hand, to which Neptune had restored the ring by the hand of a fisherman, drooping in decay.²⁴

Dionysius had received as an inheritance from his father absolute rule over the Syracusans and almost the whole of Sicily. Lord of enormous wealth, commander of armies, ruler of fleets, master of cavalries, by reason of poverty he taught little boys their ABCs in Corinth; and at the same time he, a tyrant turned schoolmaster, admonished their elders by so signal a vicissitude not to trust too much in Fortune.²⁵

King Syphax follows him, who experienced a similar unkindness of Fortune. Rome and Carthage in the persons of Scipio and Hasdrubal came to his dwelling unsummoned to seek his friendship. Yet, carried to such a height of renown that he became all but arbiter of victory between the mightiest peoples, after a short time's interval he was dragged in chains by the Legate Laelius to his commander Scipio and fell suppliant at the knees of the man whose hand he had arrogantly touched with his own as he sat upon his royal throne.²⁶

Frail and fragile surely and like children's toys are the so-called power and wealth of humankind. Suddenly they stream in, abruptly they fall apart, in no place or person do they stand on fixed or stable roots, but driven hither and thither by Fortune's fickle breeze they forsake those they have raised aloft in unexpected withdrawal and lament-

"Dionysius in Corinth" was proverbial: on its meaning in Cic. *Att.* 9.9.1 see my commentary there.

²⁶ 203 and 206: Livy 28.17.10-18.12, 30.12.1-3, 13.1-7.

cladium miserabiliter immergunt. itaque neque existimari
neque dici debent bona quae, ut inflictorum malorum
amaritudine desiderium sui duplicent, <...>.⁹⁵

⁹⁵ *lacunam Pighius*

ably plunge them into an abyss of disaster. Therefore they
should neither be thought nor called good things that in
order to double the bitterness of inflicted evils by craving
for their return * * *

LIBER SEPTIMUS

1. DE FELICITATE

praef. Volubilis Fortunae complura exempla rettulimus, constanter propitiae admodum pauca narrari possunt. quo patet eam adversas res cupido animo infligere, secundas parco tribuere. eadem, ubi malignitatis oblivisci sibi imperavit, non solum plurima ac maxima sed etiam perpetua bona congerit.

- 1 Videamus ergo quot gradibus beneficiorum Q. Metellum a primo originis die ad ultimum usque fati tempus numquam cessante indulgentia ad summum beatae vitae cumulum perduxerit. nasci eum in urbe terrarum principe voluit, parentes ei nobilissimos dedit, adiecit animi rarissimas dotes et corporis vires, ut sufficere laboribus posset, uxorem pudicitia et fecunditate conspicuam conciliavit, consulatus decus, imperatoriam potestatem, speciosissimi triumphii praetextum, largita est, fecit ut eodem tempore tres filios consulares, unum etiam censorium et triumphalem,¹ quartum praetorium videret utque tres filias nuptum daret earumque subolem sinu suo exciperet. tot partus, tot incunabula, tot viriles togae, tam multae nuptiales faces,

¹ et tr- *Kempf*: tr- et AL

BOOK VII

1. OF GOOD FORTUNE

We have recounted many examples of Fortune's volatility; of her steady favour very few can be narrated, from which it is evident that she loves to inflict adversity but only grudgingly vouchsafes prosperity. Yet once she has commanded herself to forget her malignity, she heaps blessings not only many and great but also enduring.

Let us see then by how many stages of benefaction she led Q. Metellus¹ from his first day of birth to his last day of death in never ceasing indulgence to the highest consummation of a happy life. She willed him born in the world's leading city; gave him the noblest of parents; added most unusual gifts of mind and strength of body so that he would be equal to his labours; furnished him with a wife conspicuous for her modesty and fecundity; lavished upon him the honour of the Consulship, the power of military command, the glory of a splendid triumph; granted him to see at the same time three sons ex-Consuls, one also an ex-Censor and triumphator, a fourth an ex-Praetor; allowed him to give three daughters in marriage and take their offspring in his lap. So many births, so many cradles, so many manly

¹ Macedonicus.

honorum imperiorum omnis denique gratulationis summa abundantia, cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla causa tristitiae. caelum contemplare, vix tamen ibi talem statum reperies, quoniam quidem luctus et dolores deorum quoque pectoribus a maximis vatibus adsignari videmus. hunc vitae actum eius consentaneus finis excepit: namque Metellum, ultimae senectutis spatio defunctum lenique genere mortis inter oscula complexusque carissimorum pignorum extinctum, filii et generi umeris suis per urbem latum rogo imposuerunt.

2 Clara haec felicitas: obscurior illa, sed divino <ore regio>² splendori praeposita: cum enim Gyges, regno Lydiae armis et divitiis abundantissimo inflatus, Apollinem Pythium sciscitatum venisset an aliquis mortalium se esset felicior, deus, ex abdito sacrarii specu voce missa, Aglaum Psophidium ei praetulit. is erat Arcadam pauperrimus et³ aetate iam senior terminos agelli sui numquam excesserat, parvuli ruris fructibus [voluptatibus]⁴ contentus. verum profecto beatae vitae finem Apollo, non adumbratum, oraculi sagacitate complexus est. quocirca insolenter fulgore fortunae suae gloriantem respondit magis se probare securitate ridens turgurium quam tristem curis et sollicitudinibus aulam, paucasque glebas pavoris expertes quam pinguissima Lydiae arva metu referta, et unum aut alterum iugum bouum facilis tutelae quam exercitus et arma et equitatum

² *add. SB*¹: divino splendori* (-re L) ALG

³ et *Kempf*: sed AL ⁴ *om. P*

² To the contrary cf. VM 7.5.4.

³ 115: Cic. *Fin.* 5.82, *Tusc.* 1.85 etc.

gowns, so many marriage torches, superabundance of offices, commands, every kind of satisfaction, and all the while no funeral, no grieving, no cause for sadness.² Look at heaven, you will hardly find there such a condition, since we see mournings and sorrows assigned even to the hearts of the gods by the greatest poets. This course of life was followed by an end to match. Metellus passed through the span of extreme old age and died a gentle death amid the kisses and embraces of his dearest progeny, and his sons and sons-in-law bore him through the city on their shoulders and placed him on the pyre.³

Metellus' good fortune is famous, the following is less well-known but by divine utterance judged superior to regal splendour. Gyges,⁴ puffed up by the sovereignty of Lydia abounding in arms and wealth, came to Pythian Apollo to ask whether any mortal was more fortunate than himself. From the hidden cavern of his sanctuary the god's voice was given forth putting Aglaus of Psophis ahead of him. Aglaus was the poorest man in Arcadia, and already advanced in years he had never been outside the boundaries of his little farm, content with the produce of his small holding. Surely Apollo by the keen insight of his oracle embraced the ultimate of happy living in truth, not merely in outline. Accordingly he replied to the questioner insolently glorying in the brilliance of his fortune that he approved a hut smiling in security rather than a palace glooming in cares and anxieties, a few clods free of fear rather than the richest lands of Lydia replete with apprehension, one or two yokes of oxen easy to tend rather than armies and weapons and cavalry burdensome with

⁴ More or less legendary king of Lydia.

voracibus impensis onerosum, et usus necessarii horreolum nulli nimis appetendum quam thesauros omnium insidiis et cupiditatibus expositos. ita Gyges, dum adstipulatorem vanae opinionis deum habere concupiscit, ubinam solida et sincera esset felicitas didicit.

2. SAPIENTER DICTA AUT FACTA

praef.

Nunc id genus felicitatis explicabo quod totum in habitu animi, nec votis petitur⁵ sed in pectoribus sapientia praeditis natum, dictis factisque prudentibus enitescit.

- 1 Ap. Claudium crebro solitum dicere accepimus negotium populo Romano melius quam otium committi, non quod ignoraret quam iucundus tranquillitatis status esset, sed quod animadverteret praepotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capessendam excitari, nimia quiete in desidiis resolvi. et sane negotium nomine horridum civitatis nostrae mores in suo statu continuit, blandae appellationis quies plurimis vitis respersit.
- 2 Scipio vero Africanus turpe esse aiebat in re militari dicere 'non putaram,' videlicet quia explorato et excusso consilio quae ferro aguntur administrari oportere arbitratur. summa ratione: inemendabilis est enim error qui violentiae Martis committitur. idem negabat aliter cum hoste configi⁶ debere quam aut si occasio obvenisset aut necessitas incidisset. aequae prudenter: nam et prospere

⁵ petitur *Kempf*: -tur AL ⁶ configi ☞: -gere AL

⁵ Pliny *N.H.* 7.151 etc.

¹ Caecus, the Censor (312). The saying is not attested elsewhere.

voracious expenses, a little storehouse of necessities to be craved overmuch by none rather than treasure chambers open to the plots and cupidities of all and sundry. So Gyges, taking a fancy to have the god's backing for his illusion, learned where solid, sterling good fortune was to be found.⁵

2. THINGS WISELY SPOKEN OR DONE

I shall now set forth that species of good fortune which lies entirely in state of mind. It is not sought with prayers but born in hearts possessing wisdom and shines out in shrewd words and deeds.

We are told that Ap. Claudius used often to say that the Roman people were better trusted with trouble than with leisure.¹ Not that he was unaware of how pleasant is a state of tranquillity but because he saw that powerful empires are roused by disturbance to energetic action but lulled into sloth by excessive peace and quiet. And to be sure, trouble, rebarbative in name, has kept the morals of our community in position, whereas rest, bland in appellation, has spattered them with many a vice.

Scipio Africanus used to say that in warfare the words "I had not expected" disgraced the speaker,² thinking no doubt that military operations ought not to be conducted without a thoroughly researched and scrutinized plan. He was eminently right; for an error consigned to the violence of Mars is irreparable. Scipio also used to say that it was wrong to engage the enemy unless either an opportunity had cropped up or a necessity had arisen. No less wisely;

² Asellio ap. *Cell.* 13.3.6 etc. The saying is variously attributed.

gerendae rei facultatem omittere maxima dementia est et in angustias utique [pugnandi]⁷ compulsum abstinere se proelio pestiferæ ignaviae adfert exitum, eorumque qui ista committunt alter beneficio Fortunæ uti, alter iniuriæ nescit resistere.

3 Q. quoque Metelli cum gravis tum etiam alta in senatu sententia, qui devicta Carthagine nescire se illa victoria bonine plus an mali rei publicæ attulisset adseveravit, quoniam ut pacem restituendo profuisset, ita Hannibalem summovendo nonnihil nocuisset: eius enim transitu in Italiam dormientem iam populi Romani virtutem excitatam, metuique debere ne acri aemulo liberata in eundem somnum revolveretur. in aequo igitur malorum posuit uri tecta, vastari agros, exhauriri aerarium et prisca roboris nervos hebetari.

4 Quid? illud factum L. Fimbriæ consularis quam sapiens! M. Lutatio Pinthiæ, splendido equiti Romano, iudex addictus de sponsione, quam is cum adversario, quod vir bonus esset, fecerat, numquam id iudicium pronuntiatione sua finire voluit, ne aut probatum virum, si contra eum iudicasset, fama spoliaret, aut iuraret bonum esse, cum ea res innumerabilibus laudibus contineatur.

5 Forensibus hæc, illa militaribus stipendiis prudentia exhibita. Papirius Cursor consul, cum Aquiloniam oppugnans proelium vellet committere, pullariusque non prosperantibus avibus optimum ei auspiciam renuntiasset, de

⁷ del. SB¹.

³ 146: cf. App. *Lib.* 65.

⁴ This Fimbria, probably father of the Marian stalwart, was Consul in 104: cf. Cic. *Off.* 3.77.

for to neglect a chance of successful action is the height of folly, while to hold back from battle when forced unavoidably into a tight corner brings an outcome of disastrous inertia. Of those who make such mistakes, the one does not know how to use Fortune's kindness, the other how to resist her injury.

Q. Metellus too made a speech in the senate not only impressive but profound after the conquest of Carthage.³ He affirmed that he knew not whether that victory had brought more good or more harm to the commonwealth; by restoring peace it had done good, but by removing Hannibal it had done some measure of harm. For by his passage into Italy the dormant energy of the Roman people had been aroused and it was to be feared that freed of its fierce rival it would sink again into the same slumber. Thus he placed the burning of houses, the laying waste of fields, the exhaustion of the treasury on an equal plane of evils with the slackening of the sinews of former strength.

And again, how wise that action of L. Fimbria,⁴ the Consul! He was assigned as judge to M. Lutatius Pinthia, a distinguished Roman knight, concerning a wager he had made with his opponent "that he was a good man." Fimbria chose never to end that trial with a pronouncement on his part. He did not wish to rob a respected personage of reputation by finding against him nor yet to swear that he was a good man, that being something dependent on countless virtues.

That shrewdness was shown in campaigns of the Forum, what follows in those of the field. Consul Papirius Cursor was besieging Aquilonia. He wished to join battle and the keeper of the chickens reported excellent auspices, though the birds were in fact far from encouraging.

fallacia illius factus certior, sibi quidem et exercitui bonum omen datum credidit ac pugnam iniit, ceterum mendacem ante ipsam aciem constituit, ut haberent di cuius capite, si quid irae conceperant, expiarent. directum est autem sive casu sive etiam caelestis numinis providentia quod primum e contraria parte missum erat telum in ipsum pullarii pectus, eumque exanimem prostravit. id ut cognovit consul, fidente animo et invasit Aquiloniam et cepit. tam cito animadvertit quo pacto iniuria imperatoris vindicari deberet, quemadmodum violata religio expianda foret, qua ratione victoria apprehendi posset. egit virum severum, consulem religiosum, imperatorem strenuum, timoris modum, poenae genus, spei viam uno mentis impetu rapiendo.

6a Nunc ad senatus acta transgrediar. cum adversus Hannibalem Claudium Neronem et Livium Salinatorem consules mitteret, eosque ut virtutibus pares ita inimicitias acerrime inter se dissidentes videret, summo studio in gratiam reduxit, ne propter privatas dissensiones rem publicam parum utiliter administrarent, quia consimili⁸ imperio nisi concordia inest, maior aliena opera interpellandi quam sua edendi cupiditas nascitur. ubi vero etiam pertinax intercedit odium, alter alteri quam uterque contrariis castris certior hostis proficiscitur.

Eosdem senatus, cum ob nimis asperam actam censuram a Cn. Baebio tribuno plebis pro rostris agerentur rei, causae dictione decreto suo liberavit, vacuum omnis iudi-

⁸ consulum *Wensky*

⁵ 293: Livy 10.40.9-14, Oros. 3.22.3.

⁶ Cf. VM 4.2.2.

⁷ 204: Livy 29.37.17.

Informed of his deception, Papirius believed that for himself and his army a good omen had been given and began the fray. But he placed the liar right in front of the battle line, so that the gods might have someone on whose head to visit their anger, if angry they were. Whether by chance or the providence of divine power, the first missile discharged from the opposing side was guided right into the breast of the chicken keeper and laid him lifeless on the ground. When the Consul learned of it, he confidently invaded Aquilonia and took it. So quickly did he perceive how the insult to him as general ought to be avenged, how violated religion should be expiated, and how victory could be seized. He acted the man of severity, the religious Consul, the vigorous commander by catching in a single mental impulse the measure of fear, the method of punishment, and the path to hope.⁵

I shall now pass to the senate's proceedings. It sent Consuls Claudius Nero and Livius Salinator against Hannibal, but saw that while equal in their abilities they were enemies at bitter feud with one another. It therefore made a great point of reconciling them,⁶ lest because of their private quarrel they manage public affairs to little advantage; for unless there is harmony between holders of similar authority, each becomes more concerned to interrupt the other's operations than to carry out his own. But where there is obdurate hate, each sets out as a more determined enemy to the other than both to the opposing camp.

When the same two were accused from the rostra by Tribune of the Plebs Cn. Baebius because of their unduly harsh exercise of the Censorship, the senate by its decree exempted them from answering the charge.⁷ They made that office clear of any apprehension of judicial action; it

cii metu eum honorem reddendo qui exigere deberet⁹ rationem, non reddere.

6b Par illa sapientia senatus. Ti. Gracchum tribunum plebis, agrariam legem promulgare ausum, morte multavit. idem ut secundum legem eius per triumviros ager populo vititim divideretur egregie censuit, si quidem gravissimae seditionis eodem tempore et auctorem et causam sustulit.

6c Quam deinde se prudenter in rege Masinissa gessit! nam cum promptissima et fidelissima eius opera adversus Carthaginienses usus esset, eumque in dilatando regno avidiorem cerneret, legem ferri iussit qua Masinissae ab imperio populi Romani solutam libertatem tribueret. quo facto cum optime meriti benivolentiam retinuit, tum Mauritaniae et Numidiae ceterarumque illius tractus gentium numquam fida pace quiescentem feritatem a valvis suis reppulit.

ext. 1a Tempus deficiet domestica narrantem, quoniam imperium nostrum non tam robore corporum quam animorum vigore incrementum ac tutelam sui comprehendit. maiore itaque ex parte Romana prudentia in admiratione tacita reponatur, alienigenisque huius generis exemplis detur aditus.

Socrates, humanae sapientiae quasi quoddam terrestre oraculum, nihil ultra petendum a dis immortalibus arbitratur quam ut bona tribuerent, quia ii demum scirent quid unicuique esset utile, nos autem plerumque id votis expecteremus quod non impetrasse melius foret: etenim densissimis tenebris involuta mortalium mens, in quam late pa-

⁹ deberet G: debent AL: debet G

should demand justification, not provide it.

The following is equally an example of the senate's wisdom. It punished with death Tribune of the Plebs Ti. Gracchus, who had dared to promulgate an agrarian law. The same senate commendably voted that land be divided individually among the people by a Board of Three according to Gracchus' law, removing at the same time both the cause of a very serious internal conflict and its instigator.⁸

And then how shrewdly it conducted itself with regard to king Masinissa! It had used his very ready and loyal service against the Carthaginians, and seeing him somewhat greedy in expanding his kingdom, it ordered that a law⁹ be enacted giving Masinissa freedom independent of the Roman people's authority. Thereby it kept the good will of a deserving ally and thrust away from its own doors Mauritania and Numidia and the other nations of that region, whose savagery never rested in a trustworthy peace.

EXTERNAL

My time will run out as I relate domestic examples, for our empire takes its increase and maintenance from vigour of mind rather than strength of body. So let Roman shrewdness in greater part be put away in silent admiration and access given to alien-born instances of this kind.

Socrates, a sort of earthly oracle of human wisdom, thought that we should ask nothing of the immortal gods except that they give us good, because only they know what is expedient for each individual, whereas we often seek with vows something that were better not granted us.¹⁰ For indeed, O mind of mortals enveloped in deepest darkness,

⁸ 133; Broughton I.495.

⁹ Not attested elsewhere.

¹⁰ Cf. Plato II *Alc.* 142e-143a, *Juv. Sat.* 10.

tentem errorem caecas preces tuas spargis! divitias appetis, quae multis exitio fuerunt; honores concupiscis, qui complures pessum dederunt; regna tecum ipsa volvis, quorum exitus saepe numero miserabiles cernuntur; splendidis coniugiis inicis manus: at haec ut aliquando illustrent, ita nonnumquam funditus domos evertunt. desine igitur stulta futuris malorum tuorum causis quasi felicissimis rebus inhiare, teque totam caelestium arbitrio permitte, quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere aptissime possunt.

ext. 1b Idem expedita et compendiaria via eos ad gloriam pervenire dicebat qui id agerent ut quales videri vellent, tales etiam essent. qua quidem praedicatione aperte monebat ut homines ipsam potius virtutem haurirent quam umbram eius consecrarentur.

ext. 1c Idem, ab adulescentulo quodam consultus utrum uxorem duceret an se omni matrimonio abstineret, respondit utrum eorum fecisset, acturum paenitentiam. 'hinc te' inquit 'solitudo, hinc orbitas, hinc generis interitus, hinc heres alienus excipiet, illinc perpetua sollicitudo, contextus querellarum, dotis exprobratio, adfinium grave supercilium, garrula socrus lingua, subessor alieni matrimonii, incertus liberorum eventus.' non passus est iuvenem in contextu rerum asperarum quasi laetae materiae facere dilectum.

ext. 1d Idem, cum Atheniensium scelerata dementia tristem de capite eius sententiam tulisset, fortique animo et constanti vultu potionem veneni e manu carnificis accepisset,

¹¹ Cic. *Off.* 2.43.

¹² Diog. Laert. 2.33.

into how widespread a field of error do you scatter your blind prayers! You seek riches, that have destroyed many. You desire offices, that have brought to ruin not a few. You have visions of kingly powers, that are often seen to end in misery. You lay hold on brilliant marriages; but while they sometimes shed lustre on a house, at others they overthrow it utterly. So cease your foolish gaping after future causes of woe as though they were the luckiest of boons and trust yourself entirely to the will of the heavenly ones, for those who are wont to give blessings easily can also choose them most appropriately.

Socrates also used to say that a clear and short path to glory is taken by those who set out to be what they would wish to seem. By that pronouncement he plainly admonished mankind to drink in virtue itself rather than pursue its shadow.¹¹

Socrates also, when consulted by a young fellow whether to take a wife or keep away from matrimony altogether, replied that whichever he did he would be sorry. "On the one hand," he said, "you will fall prey to loneliness and childlessness and the extinction of your line and an alien heir, on the other to perpetual anxiety, a tissue of complaints, harping on the dowry, the haughty frown of in-laws, the clacking tongue of your wife's mother, the stalker of other men's spouses, the doubtful outcome of children." He did not allow the young man in a context of disagreeables to think that he was making a choice of happiness.¹²

This too of Socrates: when the criminal folly of the Athenians condemned him to death and with stout heart and steady countenance he took the drink of poison from the executioner's hand and moved the cup to his lips, his

admoto iam labris poculo, uxore Xanthippe inter fletum et lamentationem vociferante innocentem eum periturum, 'quid ergo?' inquit, 'nocenti mihi mori satius esse duxisti?' immensam illam sapientiam, quae ne in ipso quidem vitae excessu oblivisci sui potuit!

ext. 2a Age, quam prudenter Solo <nemi>nem,¹⁰ dum adhuc viveret, beatum dici debere arbitrabatur, quod ad ultimum usque fati diem ancipiti Fortunae subiecti essemus! felicitatis igitur humanae appellationem rogus consummat, qui se incursui malorum obicit.

ext. 2b Idem, cum ex amicis quendam graviter maerentem videret, in arcem perduxit hortatusque est ut per omnes subiectorum aedificiorum partes oculos circumferret. quod ut factum animadvertit, 'cogita nunc tecum' inquit 'quam multi luctus sub his tectis et olim fuerint et hodieque versentur <et>¹¹ insequentibus saeculis sint habitaturi, ac mitte mortalium incommoda tamquam propria deflere.' qua consolatione demonstravit urbes esse humanarum cladium consaepta miseranda. idem aiebat si in unum locum cuncti mala sua contulissent, futurum ut propria deportare domum quam ex communi miseriarum acervo portionem suam ferre mallent. quo colligebat non oportere nos quae fortuito patiamur praecipuae et intolerabilis amaritudinis iudicare.

ext. 3 Bias autem, cum patriam eius Prienen hostes invasisent, omnibus quos modo saevitia belli incolumes abire passa fuerat pretiosarum rerum pondere onustis fugienti-

¹⁰ *add. P.* ¹¹ *add. P.*

¹³ Diog. Laert. 2.35, Xen. *Apol.* 28 (the latter with Apollodorus instead of Xanthippe).

wife Xanthippe amid weeping and wailing cried out that he would die innocent. "What then," said he, "did you think it better for me to die guilty?" What immeasurable wisdom that in the very moment of departure from life could not forget itself!¹³

Come then, how shrewdly did Solon deem that nobody while still alive should be called happy, because to the final day of our death we were subject to the hazards of Fortune!¹⁴ So the pyre puts the last touch on the name of human felicity, interposing itself against the onslaught of evils.

The same, seeing one of his friends plunged in grief, took him up to the citadel and told him to cast his eyes comprehensively around the buildings below. When he saw it was done, he said: "Now think to yourself how many mournings were under these roofs in times past and are in being today and shall dwell there in days to come; and stop bewailing the misfortunes of mortals as though they were peculiar to yourself." By that consolation he made it plain that cities are pitiful pens of human calamities. He also used to say that if all men took their woes to a single place, they would prefer to carry home their own rather than bear their portion from the common heap of miseries. From that he used to conclude that we should not consider what we happen to suffer as particularly and intolerably painful.¹⁵

When enemies had invaded Bias' city of Priene, as all whom the cruelty of war had suffered to get away unharmed were fleeing loaded with a weight of valuables, he was asked why he was not likewise bearing away any of his

¹⁴ Herod. 1.32 etc.

¹⁵ Not found elsewhere.

bus, interrogatus quid ita nihil ex bonis suis secum ferret 'ego vero' inquit 'bona mea mecum porto': pectore enim illa gestabat non umeris, nec oculis visenda sed aestimanda animo. quae domicilio mentis inclusa nec mortalium nec deorum manibus labefactari queunt, et ut manentibus praesto sunt ita fugientes non deserunt.

ext. 4 Ian Platonis verbis adstricta sed sensu praevalens sententia, qui tum demum beatum terrarum orbem futurum praedicavit cum aut sapientes regnare aut reges sapere coepissent.

ext. 5 Rex etiam ille subtilis iudicii, quem ferunt traditum sibi diadema prius quam capiti imponeret retentum diu considerasse ac dixisse 'o nobilem magis quam felicem pannum! quem, si quis penitus cognoscat quam multis sollicitudinibus et periculis et miseriis sit refertus, ne humi quidem iacentem tollere velit.'

ext. 6 Quid? Xenocratis responsum quam laudabile! cum maledico quorundam sermoni summo silentio interesset, uno ex iis quaerente cur solus linguam suam cohiberet, 'quia dixisse me' inquit 'aliquando paenituit, tacuisse nunquam.'

ext. 7 Aristophanis quoque altioris est prudentiae praeceptum, qui in comoedia introduxit remissum ab inferis <principem>¹² Atheniensium Periclen vaticinantem non oport-

¹² *add. Kapp (Ath- intra cruces Briscoe)*

¹⁶ Priene was taken and burnt by the Persians after the battle of Lade (495). The wise man of the anecdote is Bias in Cic. *Parad.* 8, but the fourth-century philosopher Stilpo in later sources (Sen. *Dial.* 2.5.6 etc.).

¹⁷ Plato *Rep.* 473d, Cic. *Q.fr.* 1.1.29.

goods. "On the contrary," he said, "I carry my goods with myself."¹⁶ For he bore them in his heart, not on his shoulders; not for the sight of the eyes but for the judgment of the mind. Included in the mind's habitation, they cannot be shaken by the hand of god or man; and as they are present to us when we stay, so they do not forsake us when we flee.

Then we have Plato's pronouncement, concise in word but powerful in sense; he declared that the world would be happy when and only when wise men started to rule or rulers to be wise.¹⁷

That king had nice judgment of whom they say that when handed a diadem, before placing it on his head, he held it a long time and considered it and said: "A noble rag, but not a happy one. If someone really knew how full it is of cares and dangers and miseries, he wouldn't want to pick it up if he saw it lying on the ground."¹⁸

And again, how laudable was that answer of Xenocrates! Being present at a backbiting conversation between certain persons, he said absolutely nothing. When one of them asked why he alone held his tongue, he said: "Because I have sometimes been sorry I spoke, never that I kept silent."¹⁹

Deeply shrewd is Aristophanes' advice. He put the Athenian leader Pericles into a comedy, brought back from the underworld and giving a prophetic warning.²⁰ "Don't

¹⁸ Ascribed to Antigonus (which Antigonus not stated) in Stobaeus (4.8.20). ¹⁹ Attributed to Simonides in Plut. *Moral.* 125D and Stob. 3.2.41, 33.12.

²⁰ Not Pericles but Aeschylus (*Frogs* 1431f.), with reference to Alcibiades.

tere in urbe nutriri leonem: sin autem sit altus, obsequi ei convenire: monet enim ut praecipuae nobilitatis et concitati ingenii iuvenes refrenentur, nimio vero favore ac profusa indulgentia pasti quo minus potentiam obtineant ne impediuntur, quod stultum et inutile sit eas obtrectare vires quas ipse foveris.

ext. 8 Mirifice etiam Thales: nam interrogatus an facta hominum deos fallerent 'ne<c>' ¹³ cogitata' inquit, ut non solum manus sed etiam mentes puras habere vellemus, cum secretis cogitationibus nostris caeleste numen adesse credidissemus.

ext. 9 Ac ne quod sequitur quidem minus sapiens. unicae filiae pater Themistoclen consulebat utrum eam pauperi sed ornato an locupleti parum probato collocaret. cui is 'malo' inquit 'virum pecunia quam pecuniam viro indigentem.' quo dicto stultum monuit ut generum potius quam divitias generi legeret.

ext. 10 Age, Philippi quam probabilis epistula, in qua Alexandrum quorundam Macedonum benivolentiam largitione ad se adtrahere conatum sic increpuit! 'quae te, fili, ratio in hanc tam vanam spem induxit, ut eos tibi fideles futuros existimares quos pecunia ad amorem tui compulsisses?' a caritate istud pater, ab usu ¹⁴ Philippus, maiore ex parte mercator Graeciae quam victor.

ext. 11a Aristoteles autem, Callisthenen, auditorem suum, ad Alexandrum dimittens, monuit cum eo aut quam rarissime

¹³ nec G corr.: ne AL: ne (... quidem) P

¹⁴ ab usu *Madvig*: avus o AL; Br

²¹ Diog. Laert. 1.36.

²² Cic. *Off.* 2.71 etc.

²³ Cic. *Off.* 2.53.

rear a lion in the city, but if one is raised, best do what it wants." He is telling them that young men of exalted birth and lively turn should be reined in, but if fed on overmuch popularity and lavish indulgence they should not be hindered from holding power; for it is foolish and useless to carp at forces which you yourself have encouraged.

A wonderful saying too, this of Thales. Asked whether men's actions went unnoticed by the gods, he said: "No, not even their thoughts." He meant that we should try to keep not only our hands clean but our minds as well, and believe that a divine power is present at our secret cogitations.²¹

What follows is no less wise. The father of an only daughter asked Themistocles' advice: should he give her to a poor man of high standing or a rich man of none too good repute. Themistocles answered: "I would rather have a man in need of money than money in need of a man." With that saying he told the silly fellow that he should choose a son-in-law rather than a son-in-law's riches.²²

Come then, what a commendable letter that was of Philip's in which he reprov'd Alexander for trying to attract the good will of certain Macedonians by giving them money! "My son, whatever line of reasoning gave you this idle expectation to make you think that people whose love you forced with money would be loyal to you?"²³ As a father he wrote this from affection, as Philip from experience—Philip, who bought more of Greece than he conquered.

When Aristotle send his auditor Callisthenes to Alexander, he counselled him to talk with the king either as seldom or as agreeably as possible, to the end evidently that

aut quam iucundissime loqueretur, quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior vel sermone esset acceptior. at ille, dum Alexandrum Persica Macedonem salutatione gaudentem obiurgat et ad Macedonicos mores invitum revocare benivole perseverat, spiritu carere iussus seram neglecti salubris consilii paenitentiam egit.

ext. 11b Idem Aristoteles de semet ipso^s¹⁵ in neutram partem loqui debere praedicabat, quoniam laudare se vani, vituperare stulti esset. eiusdem est utilissimum praeceptum ut voluptates abeuntes consideremus. quas quidem sic ostendendo minui:¹⁶ fessis enim paenitentiaeque plenis¹⁷ animis nostris subici,¹⁸ quo minus cupide repetantur.

ext. 12 Nec parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam quisnam esset beatus 'nemo' inquit 'ex iis quos tu felices existimas, sed eum in illo numero reperies qui a te ex miseris¹⁹ constare creditur.' non erit ille divitiis et honoribus abundans, sed aut exigui ruris aut non ambitiosae doctrinae fidelis ac pertinax cultor, in recessu²⁰ quam in fronte beator.

ext. 13 Demadis quoque dictum sapiens: nolentibus enim Atheniensibus divinos honores Alexandro decernere, 'videte' inquit 'ne dum caelum custoditis, terram amittatis.'

ext. 14 Quam porro subtiliter Anarcharsis leges araneorum telis comparabat! nam ut illas infirmiora animalia retinere,

¹⁵ de semet ipsos *Kempf*: s- i- P: de s- ipso AL ¹⁶ minui

SB: -uit AL ¹⁷ fessis ... plenis *Gertz*: -sas ... -nas AL

¹⁸ subici SB: -cit AL ¹⁹ miseris C: -riis AL

²⁰ recessu *Pightus*: sec- AL

²⁴ Diog. Laert. 5.4f. Alexander put him to death in 327; cf. VM 9.3.ext.1.

his silence should be the safer or his conversation the more acceptable in the royal ears. But Callisthenes used to scold Alexander as a Macedonian for liking the Persian mode of salutation and in all good will persisted in trying to bring him back against his inclination to Macedonian ways. Told to take leave of his life, he regretted too late his neglect of salutary advice.²⁴

The same Aristotle used to say that a man should speak neither well nor ill of himself, since self-praise smacked of vanity and self-censure of stupidity. He also gave the excellent advice to think of pleasures as they are when they are leaving us; for that by being shown in that light they are reduced, presented to minds weary and full of regret so that we may be less eager to seek them afresh.²⁵

Shrewdly enough too said Anaxagoras to somebody who asked him who was the happy man: "None of those whom you think fortunate. You will find him in the number which you think to be made up of miserables."²⁶ He will not abound in riches and offices, he will be a faithful, persevering cultivator of a small holding or of unpretentious learning, happier in the back row than the front.

Demades too had a wise saying. When the Athenians were unwilling to decree divine honours to Alexander, "Take care," he said, "that in guarding the heavens you don't lose the earth."²⁷

And then how neatly Anarcharsis used to compare laws to spiders' webs! He used to say that just as they kept the

²⁵ Neither saying is reported elsewhere.

²⁶ Not found elsewhere.

²⁷ Cf. Aelian *Var. hist.* 5.12.

valentiora transmittere, ita his humiles et pauperes constringi, divites et praepotentes non alligari.

ext. 15 Nihil etiam Agesilai facto sapientius, si quidem cum adversus rem publicam Lacedaemoniorum conspirationem ortam noctu comperisset, leges Lycurgi continuo abrogavit, quae de indemnatis supplicium sumi vetabant: comprehensis autem et interfectis sontibus, e vestigio restituit atque utrumque simul providit, ne salutaris animadversio vel iniusta esset vel iure impediretur. itaque, ut semper esse possent, aliquando non fuerunt.

ext. 16 Sed nescio an Hannonis excellentissimae prudentiae consilium: Magone enim Cannensis pugnae exitum senatui Poenorum nuntiante, inque tanti successus fidem anulos aureos trium modiorum mensuram explentes fundente, qui interfectis nostris civibus detracti erant, quaesivit an aliquis sociorum post tantam cladem a Romanis defecisset, atque ut audivit neminem ad Hannibalem transisse, suasit protinus ut legati Romam, per quos de pace ageretur, mitterentur. cuius si sententia valuisset, neque secundo Punico bello victa Carthago neque tertio deleta foret.

ext. 17 Ne Samnites quidem parvas poenas consimilis erroris pependerunt, quod Heremii Pontii salutare consilium neglexerant, qui auctoritate et prudentia ceteros praestans, ab exercitu et duce eius filio suo consultus quidnam fieri de legionibus Romanis apud furcas Caudinas inclusis deberet, inviolatas dimittendas respondit. postero die eadem de re interrogatus, deleri eas oportere dixit, ut aut maximo

²⁸ Plut. *Solon* 5.

²⁹ Plut. *Ages.* 30 etc.

³⁰ 216: Livy 23.11.7-13.5.

weaker animals but let the stronger ones through, so the laws tied up the humble and the poor, but did not bind the rich and powerful.²⁸

Nothing too could be wiser than an action of Agesilaus. Learning one night that a conspiracy was afoot against the Lacedaemonian commonwealth, he immediately abrogated the laws of Lycurgus which forbade the taking of punitive measures against persons not convicted of offence. Then, having arrested and executed the guilty, he promptly restored the laws.²⁹ Thus he provided for two things at once, that salutary punishment should be neither unlawful nor hindered by law. So that the laws should exist for always, they ceased to exist temporarily.

But perhaps Hanno's advice was quite outstandingly shrewd. When Mago reported the result of the battle of Cannae to the Carthaginian senate and in proof of this great success poured out gold rings taken from the fingers of our slain countrymen to the quantity of three pecks, Hanno asked whether any of the Roman allies had defected after so great a disaster. Hearing that none had gone over to Hannibal, he urged that envoys be sent immediately to Rome to negotiate peace.³⁰ Had his view prevailed, Carthage would not have been defeated in the Second Punic War and destroyed in the Third.

The Samnites too paid no small price for a similar mistake in that they neglected the salutary counsel of Herennius Pontius. Preeminent in authority and shrewdness, he was consulted by the army and its leader, his own son, on what should be done about the Roman legions which had been shut in at the Caudine Forks. He replied that they should be dismissed unharmed. The next day, asked the same question, he said they should be wiped out, so that

beneficio gratia hostium emeretur aut gravissima iactura vires confringerentur. sed improvida temeritas victorum, dum utramque partem spernit utilitatis, sub iugum missas in perniciem suam accendit.

ext. 18 Multis et magnis sapientiae exemplis parvulum adiciam. Cretes, cum acerbissima execratione adversus eos quos vehementer oderunt uti volunt, ut mala consuetudine delectentur optant, modestoque voti genere efficacissimum ultionis eventum reperiunt: inutiliter enim aliquid concupiscere et in eo perseveranter morari, exitio ea vicina dulcedo est.

3. VAFRE DICTA AUT FACTA

praef. Est aliud factorum dictorumque genus, a sapientia proximo deflexu ad vafri<ti>ae²¹ nomen progressum, quod, nisi <a>²² fallacia vires adsumpsit, finem²³ propositi non invenit, laudemque occulto magis tramite quam aperta via petit.

1 Servio Tullio regnante cuidam patri familiae in agro Sabino praecipuae magnitudinis et eximiae formae vacca nata est. quam oraculorum certissimi auctores in hoc a dis immortalibus editam responderunt, ut quisquis eam Aventinensi Dianae immolasset, eius patria totius terrarum orbis imperium obtineret. laetus eo dominus bovem summa cum festinatione Romam actam in Aventino ante aram

²¹ *add. Vorst*

²² *add. Torr.*

²³ *finem Per: fidem AL*

either the favour of the enemy should be earned by a grand benefaction or their strength broken by a crushing loss. But the thoughtless rashness of the victors spurned either course of expediency. Sending the legions under the yoke, it fired them to its own destruction.³¹

To many major examples of wisdom I will add a minor one. When the Cretans want to pronounce their most bitter curse upon objects of their violent hatred, they pray that these delight in their evil courses. So by a moderate sort of prayer they find the most effectively revengeful issue. For to take a fancy to something contrary to expediency and obstinately persist in it is a pleasure that borders on destruction.³²

3. THINGS CRAFTILY SAID OR DONE

There is another kind of doings and sayings that by an easy deflexion moves from wisdom to the name of craftiness. It does not achieve its object unless it borrows strength from deceit and it seeks acclaim by hidden track rather than open highway.

In the reign of Servius Tullius a certain paterfamilias in the Sabine district had a cow of unusual size and remarkable beauty born on his farm. The most reliable oracles answered on enquiry that the animal had been sent by the immortal gods so that whoever sacrificed her to Diana of the Aventine, his country would gain the empire of the whole world. The owner was delighted and in hot haste drove the cow to Rome and set her before Diana's

³¹ 321: Livy 9.3.4-13, Flor. 1.11.10.

³² Not found elsewhere.

Dianae constituit, sacrificio Sabinis regimen humani generis daturus. de qua re antistes templi certior factus religionem hospiti intulit, ne prius victimam caederet quam proximi am<nis se>²⁴ aqua abluisset, eoque alveum Tiberis petente vaccam ipse immolavit, et urbem nostram tot civitatum, tot gentium dominam pio sacrificii furto reddidit.

2 Quo in genere acuminis in primis Iunius Brutus referendus est: nam cum a rege Tarquinio, avunculo suo, omnem nobilitatis indolem excerpti, interque ceteros etiam fratrem suum, quod vegetioris ingenii erat, interfectum animadverteret, obtunsi se cordis esse simulavit, eaque fallacia maximas virtutes suas texit. profectus etiam Delphos cum Tarquinii filiis, quos is ad Apollinem Pythium muneribus <et>²⁵ sacrificiis honorandum miserat, aurum deo nomine doni clam cavato baculo inclusum tulit, quia timebat ne sibi caeleste numen aperta liberalitate venerari tutum non esset. peractis deinde mandatis patris, Apollinem juvenes consuluerunt quisnam ex ipsis Romae regnaturus videretur. at is penes eum summam urbis nostrae potestatem futuram respondit qui ante omnes matri osculum dedisset. tum Brutus, perinde atque casu prolapsus, de industria se abiecit, terramque, communem omnium matrem existimans, osculatus est. quod tam vafre Telluri impressum osculum urbi libertatem, Bruto primum in fastis locum tribuit.

3 Scipio quoque superior praesidium calliditatis amplexus est: ex Sicilia enim petens Africam, cum e fortissimi

²⁴ *add. Kempf:* se pr- am- aqua F, A *corr.:* proximiam aquam L; Br

²⁵ *add. L corr.*

¹ Livy 1.45.4-7 etc.

² Otherwise in Livy.

altar on the Aventine, intending to give the Sabines the rule of mankind by her sacrifice. Informed of this, the temple priest put a religious impediment in the stranger's way, telling him that he must not kill the victim until he had washed in the water of the river nearby. Then, as he made for the channel of the Tiber, the priest immolated the cow himself and by this pious sacrificial trick made our city mistress of so many communities and nations.¹

In this sort of sharpness Junius Brutus deserves particular mention. He noticed that his uncle king Tarquin was picking out all men of promise among the nobility and that among others his own brother had been put to death because of his lively intelligence. He therefore pretended to be dull of intellect and veiled his great abilities by that deception. Leaving too for Delphi with Tarquin's sons, whom the king had sent to honour Pythian Apollo with gifts and sacrifices, he took some gold for the god as a gift secretly hidden in a hollow stick, fearing that it would not be safe for him to venerate the heavenly deity with an open donation.² After attending to their father's commissions, the young men consulted Apollo as to which among them seemed likely to be king in Rome. The god replied that supreme power in our city would lie with him who was the first to give his mother a kiss. Then Brutus purposely threw himself on the ground as though by an accidental stumble and kissed it, reckoning it to be the common mother of all kings. That kiss so craftily impressed on Earth gave freedom to the city and the first place in the Fasti to Brutus.³

The elder Scipio too embraced the help of cunning. As he was heading for Africa from Sicily, he wanted to make

³ Livy 1.56.7-12 etc.

mis peditibus Romanis trecentorum equitum numerum complere vellet neque tam subito eos posset instruere, quod temporis angustiae negabant sagacitate consilii adsecutus est: namque ex iis iuvenibus quos secum tota ex Sicilia nobilissimos et divitissimos sed inermes habebat, trecentos speciosa arma et electos equos quam celerrime expedire iussit, velut eos continuo secum ad oppugnandam Carthaginem averturus. qui cum imperio ut celeriter ita longinqui et periculosi belli respectu sollicitis animis paruissent, remittere se <eis>²⁶ Scipio illam expeditionem, si arma et equos militibus suis tradere voluissent, edixit. rapuit condicionem imbellis ac timida iuventus instrumentoque suo cupide nostris cessit. ergo calliditas ducis providit ut quod, si protinus imperaretur, gra<ve> fuisset, id inten>to²⁷ prius, deinde remisso militiae metu maximum beneficium fieret.

4a Quod sequitur <invito, sed>²⁸ narrandum²⁹ est. Q. Fabius Labeo, arbiter a senatu finium constituendorum inter Nolanos ac Neapolitanos datus, cum in rem praesentem venisset, utrosque separatim monuit ut omissa cupiditate regredi a nodo controversia<e>³⁰ quam progredi mallent. idque cum utraque pars auctoritate viri mota fecisset, aliquantum in medio vacui agri relictum est. constitutis deinde finibus ut ipsi terminaverant, quidquid reliqui soli fuit populo Romano adiudicavit. ceterum etsi circumventi Nolani ac Neapolitani queri nihil potuerunt, secundum ip-

²⁶ add. P ²⁷ sic Halm: si quod ... grato* AL

²⁸ add. SB (invito Gertz); Br

²⁹ narrandum *intra cruces Briscoe* ³⁰ a (Torr.) nodo -siae
SB³: modo -sia AL: de modo -siae Halm; Br

up a troop of three hundred horse from the bravest Roman footmen but could not equip them at such short notice. So what the shortage of time denied, he achieved by sagacity of counsel. He had with him the noblest and richest young men from the whole of Sicily, but they were unarmed. He ordered three hundred of them to make ready handsome arms and picked horses as soon as possible, as though he intended to take them with him at once to the siege of Carthage. They obeyed the command promptly but also with anxiety at the prospect of a distant and dangerous campaign. Scipio then announced that he would let them off the expedition provided they were willing to hand over the arms and horses to his soldiers. The unwarlike and timid young men caught at the offer and eagerly yielded their equipment to our men. Thus the cunning of our commander so managed that what would have been a burden if demanded outright became a great concession when the threat of military service was first made and then remitted.⁴

What follows also has to be told, with whatever reluctance. Q. Fabius Labeo was appointed by the senate as arbiter to fix boundaries between Nola and Neapolis. Arriving at the scene, he advised both separately not to be greedy but to go backwards from the nodal point of the dispute rather than forwards. Both sides did accordingly, swayed by his authority, leaving a tract of unclaimed land in the middle. Then having fixed the boundaries as the parties themselves had determined them, he awarded whatever ground remained to the Roman people. Though tricked, the Nolans and Neapolitans could make no com-

⁴ 205: Livy 29.1.2-10, App. *Lib.* 8.

orum demonstrationem dicta sententia, improbo tamen praestigiarum genere novum civitati nostrae vectigal accessit.

4b Eundem ferunt, cum a rege Antiocho, quem bello superaverat, ex foedere icto dimidiam partem navium accipere deberet, medias omnes secuisse, ut eum tota classe privaret.

5 Nam M. Antonio remittendum convicium est, qui idcirco se aiebat nullam orationem scripsisse, ut si quid superiore iudicio actum ei³¹ quem postea defensurus esset nociturum foret, non dictum a se adfirmare posset, quia facti vix pudentis causam tolerabilem habuit: pro periclitantium enim capite non solum eloquentia sua uti, sed etiam verecundia abuti erat paratus.

6 Sertorius vero, corporis robore atque animi consilio parem Naturae indulgentiam expertus, proscriptione Sullana dux Lusitanorum fieri coactus, cum eos oratione flectere non posset ne cum Romanis universa acie configere vellet, vafro consilio ad suam sententiam perduxit: duos enim in conspectu eorum constituit equos, validissimum alterum, <alterum>³² infirmissimum, ac deinde validi caudam ab imbecillo sene paulatim carpi, infirmi a iuvene eximiarum virium universam convelli iussit. obtemperatum imperio est. sed dum adolescentis dextera irrita se labore fatigat, senio confecta manus ministerium exsecuta est. tunc barbarae contioni, quorsum ea res tenderet cognos-

³¹ ei P (*de AL non liquet*)

³² *add.* P.

⁵ Labeo was Consul in 183: Cic. *Off.* 1.33.

plaint since the decision had been pronounced in accordance with their own showing; all the same a new revenue accrued to our city by a species of shameless chicanery.⁵

It is said of the same person that when according to a treaty made with king Antiochus, whom he had defeated in war, he should have taken half the king's ships, he cut all of them down the middle so as to deprive him of his entire fleet.⁶

We have to remit our censure of M. Antonius, who used to say that he never put a speech in writing so that if something said at an earlier trial would damage a subsequent client he could deny having said it. He had a tolerable excuse for a scarcely honourable proceeding, for on behalf of men in jeopardy he was ready not only to use his eloquence but even to abuse his sense of decency.⁷

Sertorius met with Nature's indulgence equally in strength of body and shrewdness of mind. Forced by the Sullan proscription to become leader of the Lusitanians, he could not turn them by words from their desire to engage the Romans with their entire force, so he brought them to his opinion by a crafty device. He put two horses in front of them, one very powerful, the other very weak. Then he ordered the tail of the powerful horse to be plucked gradually by a feeble old man and the tail of the weak horse to be torn off whole by a young man of exceptional strength. His command was obeyed. But while the young man's hand tired itself in fruitless effort, the hand enfeebled by old age executed its service. Then he put it to the assembly of barbarians, who wanted to know where

⁶ 188: cf. Livy 38.39.3.

⁷ Cic. *Cluent.* 140.

cere cupienti, subicit equi caudae consimilem esse nostrum exercitum, cuius partes aliquis adgrediens opprimere possit, universum conatus prosternere celerius tradiderit victoriam quam occupaverit. ita gens barbara, aspera et regi difficilis, in exitium suum ruens, quam utilitatem auribus respuerat, oculis perdidit.

7 Fabius autem Maximus, cui³³ non dimicare vincere fuit, cum praecipuae fortitudinis Nolanum peditem dubia fide suspectum et strenuae operae Lucanum equitem amore scorti deperditum in castris haberet, ut utroque potius bono milite uteretur quam in utrumque animadverteret, alteri suspicionem suam dissimulavit, in altero disciplinam paululum a recto tenore deflexit: namque illum plene pro tribunali laudando omnique genere honoris proseguendo animum suum a Poenis ad Romanos coegit revocare, et hunc clam meretricem redimere passus paratissimum pro nobis <acriorem>³⁴ excussioemque reddidit.

8 Veniam nunc ad eos quibus salus astutia quaesita est. M. Volusius, aedilis plebis proscriptus, adsumpto Isiaci habitu per itinera viasque publicas stipem petens, quisnam re vera esset occurrentes dinoscere passus non est, eoque fallaciae genere tectus in M. Bruti castra pervenit. quid illa necessitate miserius, quae magistratum populi Romani abiecto honoris praetexto alienigenae religionis obscuratum insignibus per urbem iussit incedere? o nimis aut his vitae aut illi alienae mortis cupidi, qui talia vel ipsi

³³ cui *Madvig*: cuius AL. ³⁴ *add.* SB³

⁸ 80-72: Front. *Strat.* 1.10.1, Pliny *Ep.* 3.9.11, Plut. *Sert.* 16.

this was tending, that the Roman army was like a horse's tail: anyone who attacked its parts could overcome it, but if he tried to floor the whole of it, he would more likely give the victory than gain it. Thus the barbarian nation, rough and hard to govern, as it rushed upon its undoing, saw with eyes the expediency which it had scorned with ears.⁸

Fabius Maximus, for whom not to fight was to win, had in his army an infantryman from Nola, outstandingly brave but suspected of doubtful loyalty, and a Lucanian trooper, smart in the service but desperately in love with a whore. Wishing to use both as good soldiers rather than punish them, he disguised his suspicions of the one and bent discipline a little from the straight in the case of the other. By generously praising the former from his tribunal and giving him all manner of decorations he made him turn his mind away from the Carthaginians back to the Romans. The latter he allowed to buy the girl secretly out of prostitution and thus, very ready as he already was to fight for us, made him all the keener and livelier.⁹

I come now to those who saved their lives by their cleverness. Aedile of the Plebs M. Volusius was proscribed. Putting on the garb of a priest of Isis and begging his way through the streets and highways, he did not let those he met recognize who he really was, and covered by that mode of deception, he reached M. Brutus' camp.¹⁰ A pitiful necessity indeed that bade a magistrate of the Roman people throw aside his glory of office and walk through the city disguised by the emblems of a foreign cult. Too loving of their lives or of others' deaths were they who either bore

⁹ 216 (?): Plut. *Fab.* 20, Auct. vir. ill. 43.4; cf. Livy 23.15.7-16.1.

¹⁰ 43/42: App. *B.C.* 4.47.

sustinuerunt vel alios perpeti coegerunt!

9 Aliquanto speciosius Sentii Saturnini Vetulonis in eodem genere casus ultimae sortis auxilium. qui cum a triumviris inter proscriptos nomen suum propositum audisset, continuo praeturae insignia inuasit, praecedentibusque in modum licitorum et apparitorum et servorum publicorum subornatis vehicula comprehendit, hospitia occupavit, obvios summovit, ac tam audaci usurpatione imperii in maxima luce densissimas hostilibus oculis tenebras offudit. idem ut Puteolos venit, perinde ac publicum ministerium agens, summa cum licentia correptis navibus in Siciliam, certissimum tunc proscriptorum perfugium, penetravit.

10 His uno adiecto levioris notae exemplo ad externa devortar. amantissimus quidam filii, cum eum inconcessis ac periculosis facibus accensum ab insana cupiditate [pater]³⁵ inhibere vellet, salubri consilio patriam indulgentiam temperavit: petiit enim ut prius quam ad eam quam diligebat iret, vulgari et permissa venere uteretur. cuius precibus obsecutus adulescens, infelicis animi impetum, satietate licentis concubitus resolutum, ad id quod non licebat tardio rem pigrioremque adferens, paulatim deposuit.

ext. 1 Cum Alexander Macedonum rex, sorte monitus ut eum qui sibi porta egresso primus occurrisset interfici iuberet, asinarium forte <ante>³⁶ omnes obviam factum ad mortem

³⁵ del. A corr.

³⁶ add. A corr.

such things themselves or forced others to endure them.

Somewhat more seemly was Sentius Saturninus Vetulo's¹¹ recourse of last resort in the same sort of predicament. When he heard that his name had been published among the proscribed by the Triumvirs, he at once usurped the insignia of the Praetorship and with hirelings walking in front of him like licitors and orderlies and public slaves, he seized vehicles, took possession of hospices, removed persons coming his way, and by so bold an assumption of authority in broad daylight he plunged hostile eyes in deepest darkness. When he got to Puteoli, he commanded ships with absolute license as in the course of public duty and made his way to Sicily, then the safest refuge for the proscribed.¹²

To these examples I will add one of lesser note and then return to external ones. A very fond father, seeing his son aflame with an illicit and dangerous passion and wishing to restrain him from his infatuation, tempered paternal indulgence with salutary counsel. He asked his son, before he went to his beloved, to engage in common, permitted sexual intercourse. The young man yielded to his urgings. He brought the drive of his unhappy soul, slackened by the satiety of licensed sex, more slow and sluggish to the forbidden practice and gradually laid it aside.¹³

EXTERNAL

Alexander, king of the Macedonians, was warned by an oracle to order the first person he met after he went out of the gate to be killed. As it chanced, he met a donkey man and commanded him to be hauled off to his death. When

¹¹ Cf. VM 9.1.8 n. 9.

¹² 43/42: App. B.C. 4.45.

¹³ Not found elsewhere.

abripi imperasset, eoque quaerente quidnam se immerentem capitali supplicio innocentemque addiceret, cum ad excusandum factum suum oraculi praeceptum rettulisset, asinarius, 'si ita est' inquit, 'rex, alium sors huic morti destinavit: nam asellus, quem ego ante me agebam, prior tibi occurrit.' delectatus Alexander et illius tam callido dicto et quod ipse ab errore revocatus erat, occasionem in aliquanto viliori animali expiandae religionis rapuit. summa in hoc [mansuetudo calliditas],³⁷ <par>³⁸ in alterius regis equisone calliditas.

ext. 2 Sordida magorum dominatione oppressa, Dareus, sex adiutoribus eiusdem dignitatis adsumptis, pactum cum praeclari operis consortibus fecit ut equis insidentes solis ortu cursum in quendam locum dirigerent, isque regno potiretur cuius equus in eo primus hinnisset. ceterum maximae mercedis competitoribus Fortunae beneficium expectantibus, solus acumine equisonis sui Oebaris prosperum exoptatae rei effectum adsecutus est, qui in equae genitalem partem demissam manum, cum ad eum locum ventum esset, naribus equi admovit. quo odore irritatus ante omnes hinnitum edidit, auditoque eo sex reliqui summae potestatis candidati continuo equis delapsi, ut est mos Persarum, humi prostratis corporibus Dareum regem salutaverunt. quantum imperium quam parvo interceptum est vaframento!

ext. 3 Bias autem, cuius sapientia diuturnior inter homines est quam patria Priene fuit, si quidem haec etiam nunc spi-

³⁷ *secl. SB (call-del. Kempf)* man-call-intra cruces Briscoe

³⁸ *add. SB*

the man asked why he should be sentenced to capital punishment, undeserving as he was and innocent, Alexander in excuse of his action related the oracle's advice. "If that's how it is, your majesty," said the donkey man, "the oracle meant for another to die; for the donkey that I was driving in front of me met you before I did." Alexander was pleased with his cunning speech and pleased to be called back from a blunder, so he seized the opportunity to satisfy the religious requirement by the sacrifice of a somewhat cheaper life.¹⁴ Great was his cunning; and equal the cunning of another monarch's groom.

After the degrading rule of the magi had been crushed, Darius, who had enlisted six assistants of the same rank as himself, made a pact with his accomplices in the splendid exploit: mounted on their horses at sunrise they would ride to a place appointed and he whose horse was the first to neigh there would have the kingdom. Darius' competitors for the great prize awaited the gift of Fortune, he alone succeeded in gaining the object of his desire by the wit of his groom Oebaris, who plunged his hand into the genitals of a mare and, when they arrived at the place, put it to the nostrils of his stallion. Stimulated by the odour, the horse let loose a neigh in front of them all. When they heard it, the other six candidates for supreme power at once dismounted and, prostrating their bodies on the ground, as is the Persian custom, saluted Darius as king. How mighty a power was stolen by how small an artifice!¹⁵

Bias' wisdom has lasted longer among men than his country, Priene. The former breathes even now, but the

¹⁴ Not found elsewhere.

¹⁵ 522: Herod. 3.85-87, Justin 1.10.

rat, illius perinde atque extinctae vestigia tantummodo exstant, ita aiebat oportere homines in usu amicitiae versari ut meminissent eam ad gravissimas inimicitias posse converti. quod quidem praeceptum prima specie nimis fortasse callidum videatur inimicumque simplicitati, qua praecipue familiaritas gaudet, sed si altius in <abd>ita <a>nimi³⁹ cogitatio demissa fuerit, perquam utile reperitur.

ext. 4 Lampsacena vero urbis salus unius vaframenti beneficio constitit: nam cum ad excidium eius summo studio Alexander ferretur, progressumque extra moenia Anaximenes, praeceptorem suum, vidisset, quia manifestum erat futurum ut preces suas irae eius opponeret, non facturum se quod petisset iuravit. tunc Anaximenes 'peto' inquit 'ut Lampsacum diruas.' haec velocitas sagacitatis oppidum vetusta nobilitate inclitum exitio, cui destinatum erat, subtraxit.

ext. 5 Demosthenis quoque astutia mirifice cuidam ancillae⁴⁰ succursum est, quae pecuniam depositi nomine a duobus hospitiibus acceperat ea condicione ut illam simul utrisque redderet. quorum alter interiecto tempore, tamquam mortuo socio squalore obsitus, deceptae omnes nummos abstulit. supervenit deinde alter et depositum petere coepit. haerebat misera [et]⁴¹ in maxima pariter et pecuniae et defensionis penuria, iamque de laqueo et suspendio cogitabat: sed opportune Demosthenes ei patronus adfulsit. qui, ut <in>⁴² advocationem venit, 'mulier' inquit 'parata est depositi se fide solvere, sed nisi socium adduxeris, id facere non potest, quoniam, ut ipse vocifera-

³⁹ sic SB¹: altiori nitamini* AL ⁴⁰ ancillae Kempf ex P:
ancillae AL ⁴¹ del. A corr., G ⁴² add. P

latter is as good as extinct, only vestiges survive. He used to say that in the practice of friendship we should remember that it can change to the direst enmity.¹⁶ Perhaps at first sight this precept may seem too calculating, at variance with the guilelessness in which familiarity especially delights. But if reflection be plunged deeper into the hidden places of the mind, it will be found very useful indeed.

The survival of the city of Lampsacus was thanks to a single stroke of craft. Alexander was earnestly bent on its destruction. Seeing his teacher Anaximenes come outside the walls obviously about to oppose his entreaties to his own wrath, Alexander swore that he would not do what he asked. Then said Anaximenes: "I ask that you destroy Lampsacus." His swift sagacity rescued a town famous in historic renown from the ruin to which it had been destined.¹⁷

Demosthenes' cleverness too came marvellously to the aid of a certain old woman. She had taken money as a deposit from two guests on the condition that she return it to both at the same time. After a while one of the two came dressed in mourning as though his partner was dead and so deceived the woman and took away the whole sum. Then the other came along and proceeded to ask for his deposit. The unhappy woman was in a quandary; as poorly off for money as for defence, she was already thinking of a rope to hang herself when in the nick of time Demosthenes appeared to the rescue as her advocate. When he came to plead he said: "The woman is ready to discharge her trust as depositary, but unless you bring your partner she cannot

¹⁶ Aristot. *Rhet.* 2.13.4, Cic. *Amic.* 59 etc.

¹⁷ 334: Pausan. 6.18.2-4.

ris, haec dicta est lex, ne pecunia alteri sine altero numeraretur.⁷

ext. 6 Ac ne illud quidem parum prudenter. quidam Athenis universo populo invisus, causam apud eum capitali crimine ducturus, maximum honorem subito petere coepit, non quod speraret se illum consequi posse, sed ut haberent homines ubi procursum irae, qui acerrimus esse solet, effunderent. neque eum haec tam callida consilii ratio fefellit: comitiis enim clamore infesto et crebris totius contionis sibilis vexatus, nota etiam denegati honoris perstrictus, eiusdem plebis paulo post in discrimine vitae clementissima suffragia expertus est. quod si adhuc ei ultionem sitiendi capitis sui periculum obiecisset, nullam partem defensionis odio obseratae aures reciperent.

ext. 7 Huic vaframento consimilis illa calliditas. superior Hannibal a Duilio⁴³ consule navali proelio victus timensque classis amissae poenas dare, offensam astutia m<ire>⁴⁴ avertit: nam ex illa infelici pugna prius quam cladis nuntius domum perveniret quendam ex amicis compositum et formatum⁴⁵ Carthaginem misit. qui postquam civitatis eius curiam intravit, 'consulit vos' inquit 'Hannibal, cum dux Romanorum magnas secum maritimas trahens copias advenerit, an cum eo configere debeat.' acclamavit universus senatus non esse dubium quin oporteret. tum ille 'conflixit' inquit 'et superatus est.' ita liberum iis non reli-

⁴³ Duilio P: Iulio LG: *silet* A

⁴⁴ *add.* P

⁴⁵ formatum AL: or- G: subor- P

¹⁸ This and the following are not found elsewhere.

¹⁹ 260: Diodor. 23.10 etc.

do it, since as you yourself proclaim, the terms were that the money should not be paid to one without the other."¹⁸

The following too was quite shrewdly done. A certain person in Athens, who was universally disliked, was to plead his case before the people on a capital charge. He suddenly set up as a candidate for a very high office, not because he hoped he could get it, but to give people a means of discharging their first rush of anger, which is generally the most violent. Nor did this cunning calculation let him down. At the election he was assailed with hostile shouts and frequent hisses from the whole assembly and wounded with the stigma of office denied. A little later, when his life was at stake, he found the votes of the same populace most merciful. But if he had put his mortal danger before them as they were still thirsting for vengeance, ears stopped by hatred would have admitted no part of his defence.

This stratagem is paralleled by the following piece of cunning. An earlier Hannibal, defeated by Consul Duilius in a naval battle, was afraid he would be punished for losing his fleet and turned the resentment aside with a wonderful stroke of cleverness. Before a report of the disaster reached home from that unlucky battle, he sent one of his friends, properly set up and primed, to Carthage. On entering the senate of that community, the emissary said: "Hannibal wants your advice. When the Roman commander arrives bringing a large naval force along with him, ought he to join battle?" The entire senate cried out that he certainly ought. Then said the messenger: "He did join battle and was defeated."¹⁹ So he left them no freedom to

quit id factum damnare quod ipsi fieri debuisse iudicaverant.

ext. 8 Alter⁴⁶ Hannibal Fabium Maximum, invictam armorum suorum vim saluberrimis cunctationibus pugnae ludificantem, ut aliqua suspicione trahendi belli respergeret, totius Italiae agros ferro atque igni vastando unius eius fundum immunem ab hoc iniuriae genere reliquit. profecisset aliquid tanti beneficii insidiosa adumbratio eius, nisi Romanae urbi et Fabii pietas et Hannibalis vafri mores fuissent notissimi.

ext. 9 Tusculanis etiam acumine consilii incolumitas parta est. cum enim crebris rebellionibus meruissent ut eorum urbem funditus Romani evertere vellent atque ad id exsequendum Furius Camillus, maximus dux, validissimo instructus exercitu venisset, universi ei togati obviam processerunt, commeatusque et cetera pacis munia benignissime praestiterunt, armatum etiam intrare moenia passi sunt, nec vultu nec habitu mutato. qua constantia tranquillitatis non solum ad amicitiae nostrae ius sed etiam ad communionem civitatis usque penetrarunt, sagaci hercule usi simplicitate, quoniam aptius esse intellexerant metum officiis dissimulare quam armis protegere.

ext. 10 At Volscorum ducis Tulli execrabile consilium. qui ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate accensus, cum aliquot adversis proeliis contusos animos suorum et ob id paci proniores animadverteret, insidiosa ratione quo volebat compulit: nam cum spectandorum ludorum gratia magna Volscorum multitudo Romam convenisset, consuli-

⁴⁶ alter *SB*: item *AL*: alter item ζ

condemn an action which they themselves had approved.

The other Hannibal was ravaging the lands of all Italy with fire and sword. Wishing to cast some suspicion of dragging out the war upon Fabius Maximus, who with salutary deferments of battle was mocking the unconquered violence of his arms, he left his farm, and his only, immune from attack. His insidious pretence of so great a favour would have had some effect if the city of Rome had not been well aware of Fabius' patriotism and Hannibal's crafty ways.²⁰

The Tusculans too were saved by sharp policy. By their repeated resumptions of arms they had deserved that the Romans should decide to raze their city to the ground and Furius Camillus, the great commander, had come for that purpose at the head of a very powerful army. All the inhabitants came out to meet him wearing gowns and supplied provisions and other peaceful gifts most liberally. They even let him enter their walls armed without changing countenance or dress. This persevering calm won them admission not only to our friendship but even to common citizenship. They practised an artlessness truly sagacious, since they realised that it answered better to disguise their fears with good offices than to protect them with arms.²¹

But the device of Tullus, the Volscian chief, was abominable. Afire with passionate eagerness to fight the Romans, he saw that his men were dispirited by a number of adverse battles and therefore more inclined to peace. So he chose a treacherous method of pushing them in the direction he wanted. A great multitude of Volsci had flocked to Rome to watch the games. Tullus told the Consuls that he was

²⁰ 217: Livy 22.23.4 etc.

²¹ 381: Livy 6.25.6-26.8 etc.

bus dixit vehementer se timere ne quid hostile subito molirentur, monuitque ut essent cautiores, et protinus ipse urbe egressus est. quam rem consules ad senatum detulerunt. qui, tametsi nulla suspicio suberat, auctoritate tamen Tulli commotus ut ante noctem Volsci abirent decrevit. qua contumelia irritati facile impelli potuerunt ad rebelandum. ita mendacium versuti ducis simulatione benivolentiae involutum duos simul populos fefellit, Romanum ut insontes notaret, Volscum ut deceptis irasceretur.

4. STRATEGEMATA

praef. Illa vero pars calliditatis egregia et ab omni reprehensione procul remota, cuius opera, quia appellatione <Latina>⁴⁷ vix apte exprimi possunt, Graeca pronuntiatione strategemata dicantur.

- 1 Omnibus militaribus copiis Tullus Hostilius Fidenas adgressus, quae surgentis imperii nostri incunabula crebris rebellionibus torpere passae non sunt, finitimisque tropaeis ac triumphis alitam virtutem eius spes suas ulterius promovere docuerunt. Mettius Fufetius, dux Albanorum, dubiam et suspectam semper societatis suae fidem repente in ipsa acie detexit: nudato⁴⁸ enim Romani exercitus latere in proximo colle consedit, pro adiutore speculator pugnae futurus, ut aut victis insultaret aut victores fessos adgrederetur. non erat dubium quin ea res militum nostrorum animos debilitatura esset, cum eodem tempore

⁴⁷ *add.* Ἐ; Br

⁴⁸ *nudato coni. Briscoe: detecto AL: deserto Halm ex P*

²² 491: Livy 2.37 etc.

greatly afraid they might make some sudden hostile attempt and warned them to be more on their guard. He himself left the city forthwith. The Consuls brought the matter to the senate, which decreed that the Volsci should leave before nightfall, swayed by Tullus' authority although there was no suspicion. Provoked by the insult, the Volsci could easily be pushed into taking up arms again. So it was that the lie of a wily chieftain, wrapped in a pretence of good will, duped two peoples at once, making the Romans put a stigma on the innocent and angering the Volsci against those he had misled.²²

4. STRATAGEMS

Here is a laudable part of cunning far removed from all censure. Its performances can hardly be properly expressed by a Latin name, so let them be called in Greek parlance "stratagems."

Tullus Hostilius with all his armed forces attacked Fidenae, which with frequent resumptions of conflict did not suffer the cradle of our rising empire to rest inactive, and taught valour nourished on border trophies and triumphs to advance its hopes further afield. Mettius Fufetius, leader of the Albans, suddenly in the midst of battle unmasked his always dubious and suspect loyalty as an ally. For laying bare the flank of the Roman army, he took up a position on a neighbouring hill, intending to be a spectator of the fight rather than an assistant, so that he should either spring upon the losers or attack the weary victors. It was not to be doubted that this would weaken the morale of our soldiers, when they saw the enemy closing with them at the

et hostes configere et auxilia deficere cernerent. itaque ne id fieret Tullus providit: concitato enim equo omnes pugnantium globos percucurrit, praedicans suo iussu secuisse Mettium, eumque, cum ipse signum dedisset, invasurum Fidenatum terga. quo imperatoriae artis consilio metum fiducia mutavit, proque trepidatione alacritate suorum pectora replevit.

2 Et ne continuo a nostris regibus recedam, Sex. Tarquinius, Tarquinii filius, indigne ferens quod patris viribus expugnari Gabii nequirent, valentiorum armis excogitavit rationem qua interceptum illud oppidum Romano imperio adiceret: subito namque se ad Gabinos contulit tamquam parentis saevitiam et verbera, quae voluntate sua perpesus erat, fugiens, ac paulatim uniuscuiusque fictis et compositis blanditiis alliciendo benivolentiam, ut apud omnes plurimum posset, consecutus, familiarem suum ad patrem misit, indicaturum quemadmodum cuncta in sua manu haberet et quaesiturum quidnam fieri vellet. iuvenili calliditati senilis astutia respondit, si quidem re eximia delectatus Tarquinius, fidei autem nuntii parum <credens>,⁴⁹ nihil respondit, sed seducto eo in hortum maxima et altissima papaverum capita baculo decussit. cognito adulescens silentio simul ac patris facto, causam alterius, <alterius>⁵⁰ argumentum perdidit, nec ignoravit praecipi sibi ut excellentissimum quemque Gabiunum aut exilio summoeretur aut morte consumeretur. ergo spoliata bonis propugnatoribus civitatem tantum non vinctis manibus ei tradidit.

⁴⁹ *add. P* ⁵⁰ *add. Kempf*

¹ Livy 1.27.3–9 etc.

² Livy 1.53.4–54.10 etc.

same time as their supports were defecting. Therefore Tullus took measures to prevent that. Spurring his horse, he rode through all the knots of combatants calling out that Mettius had withdrawn on his orders and would attack the rear of the Fidenates when he himself gave the signal. By this device of generalship he changed fear into confidence and filled the hearts of his men with eagerness instead of terror.¹

And not to leave our kings just yet, Sex. Tarquinius, son of Tarquin, took it hard that Gabii could not be stormed by his father's power. So he thought of a method stronger than arms whereby to capture the town and add it to Roman empire. He suddenly betook himself to the Gabini as though fleeing from his parent's cruelty and stripes, which he had suffered of his own accord. Step by step, with false, manufactured blandishments he won the good will of each individual so as to become highly influential with them all. He then sent a comrade to his father to tell him how he had everything in his own hands and to ask what he wished done. The old man's astuteness matched the young man's cunning. Tarquin was highly delighted by the message, but not altogether trusting the honesty of the messenger he gave no answer but drew him aside into the garden and there with his stick struck down the heads of the largest and tallest poppies. Young Sextus, hearing of his father's silence and of what he did, understood the reason for the one and the meaning of the other, not failing to realise that he was being advised to get rid of the most prominent citizens of Gabii by banishment or liquidate them by death. So he virtually handed over the community with hands bound to Tarquin, stripped of its loyal defenders.²

3 Illud quoque maioribus et consilio prudenter et exitu feliciter provisum: cum enim urbe capta Galli Capitolium obsiderent, solamque potiendi eius spem in fame eorum repositam animadverterent, perquam callido genere consilii unico perseverantiae irritamento victores spoliaverunt: panes enim iacere compluribus e locis coeperunt. quo spectaculo obstupefactos, infinitamque frumenti abundantiam nostris superesse credentes, ad pactionem omittendae obsidionis compulerunt. misertus est tunc profecto Iuppiter Romanae virtutis, praesidium ab astutia mutantis, cum summa alimentorum inopia proici praesidia inopiae cerneret. igitur ut vafro ita periculoso consilio salutarem exitum dedit.

4 Idemque Iuppiter postea praestantissimorum ducum nostrorum sagacibus consiliis propitius aspiravit: nam cum alterum Italiae latus Hannibal laceraret, alterum invasisset Hasdrubal, ne duorum fratrum iunctae copiae intolerabili onere fessas simul nostras urgerent, hinc Claudii Neronis vegetum consilium, illinc Livii Salinatoris inclita providentia effecit: Nero enim, compresso a se in Lucanis Hannibale, praesentiam suam, quoniam ita ratio belli desiderabat, mentitus hosti, ad opem collegae ferendam per longum iter celeritate mira tetendit. Salinator, in Umbria apud Metaurum flumen proximo die dimicaturus, summa cum dissimulatione Neronem castris noctu recepit: tribunos enim a tribunis, centuriones a centurionibus, equites ab equitibus, pedites a peditibus excipii iussit, ac sine ulla

³ 390: Livy 5.48.4 etc.

The following measure too of our ancestors was shrewd in the conception and fortunate in the result. After capturing the city the Gauls besieged the Capitol and saw that their only hope of taking it lay in starving out the defenders. So by a very cunning kind of ruse the latter stripped the victors of their only incentive to persevere: they started to throw loaves of bread from various points. The Gauls were amazed at the sight and in the belief that our men still had an endless abundance of grain they were driven to come to an agreement to raise the siege. Surely Jupiter took pity then on Roman valour, as it borrowed aid from cunning, when he saw the defences against want thrown out though food was scarce in the extreme. And so he gave a salutary result to the crafty but equally dangerous expedient.³

The same Jupiter later propitiously favoured the sagacious counsels of our foremost generals. Hannibal was tearing at one side of Italy, Hasdrubal had invaded the other. On one the vigorous policy of Claudius Nero, on the other the celebrated foresight of Livius Salinator prevented the junction of the forces of the two brothers, which together would have placed an intolerable load on Rome's weary back. Nero had Hannibal cooped up in Lucania. Falsely pretending to the enemy that he was on the spot, he marched with extraordinary speed over the long route to bring aid to his colleague, since that was what war's logic called for. Salinator was in Umbria at the river Metaurus, intending to give battle the following day. With the utmost concealment he took Nero into his camp during the night. For he ordered Tribunes to take in Tribunes, Centurions Centurions, horsemen horsemen, footmen footmen, and without any confusion put another army

tumultuatione solo vix unum exercitum capienti alterum inseruit. quo evenit ne Hasdrubal cum duobus se consulibus proeliaturum prius sciret quam utriusque virtute prosterneretur. ita illa toto terrarum orbe infamis Punica calliditas, Romana elusa prudentia, Hannibalem Neroni, Hasdrubalem Salinatori decipiendum tradidit.

5 Memorabilis etiam consilii Q. Metellus. qui cum pro consule bellum in Hispania adversus Celtiberos gereret, urbemque Contrebiā caput eius gentis viribus expugnare non posset, intra pectus suum multum ac diu consiliis agitatis, viam repperit qua propositum ad exitum perduceret. itinera magno impetu ingrediebatur, deinde alias atque alias regiones petebat: hos obsidebat montes, paulo post ad illos transgrediebatur, cum interim tam suis omnibus quam ipsis hostibus ignota erat causa inopinatae eius ac subitae fluctuationis. interrogatus quoque a quodam amicissimo sibi quid ita sparsum et incertum militiae genus sequeretur, 'absiste' inquit 'istud quaerere: nam si huius consilii mei interiorem tunicam consciam esse sensero, continuo eam cremari iubebo.' quorsum igitur ea dissimulatio erupit aut quem finem habuit? postquam vero et exercitum suum ignorantia et totam Celtiberiam errore implicavit, cum alio cursum dextisset, subito ad Contrebiā reflexit eamque inopinatam et attonitam oppressit. ergo nisi mentem suam dolos scrutari coegisset, ad ultimam ei senectutem apud moenia Contrebiae armato sedendum foret.

onto ground that was hardly big enough for one. As a result Hasdrubal did not know that he would be fighting with two Consuls until after the valour of them both had laid him low. Thus that Punic cunning, infamous the world over, was outwitted by Roman shrewdness. It gave Hannibal to Nero and Hasdrubal to Livius to be duped.⁴

Memorable also was the policy of Q. Metellus. He was waging war as Proconsul in Spain against the Celtiberi and was unable to take the city of Contrebia, the capital of that nation, by force. After much and lengthy turning over of plans in his mind, he found a way to bring his purpose to fruition. With great energy he set about marches, then headed for this region and that. He would occupy mountains only to pass over to other mountains a little later; and all the while the reason for his unlooked-for, sudden restlessness was as unknown to all his own men as it was to the enemy themselves. Questioned by a close friend why he was prosecuting so desultory and fidgety a campaign, he replied: "Don't ask. For if I find that my shirt knows about this plan of mine, I shall have it burned immediately." What then was the upshot of this masquerade, how did it end? Having involved his own army in ignorance and the whole of Celtiberia in his wandering, he took a different direction, then suddenly turned back on Contrebia, and catching the place unsuspecting and surprised, took it. So if he had not forced his mind to examine trickery, he would have had to go on sitting in arms at the walls of Contrebia into ultimate old age.⁵

⁴ 207: Livy 27.46.1f. etc.

⁵ 142: Plut. *Moral.* 202A, 506D, Front. *Strat.* 1.1.12, Auct. vir. ill. 61.5.

ext. 1 Agathocles autem Syracusarum rex audaciter callidus: cum enim urbem eius maiore ex parte Carthaginienses occupassent, exercitum suum in Africam traiecit ut metum metu, vim vi discuteret, nec sine effectu: nam repentino eius adventu perculsi Poeni libenter incolumitatem suam salute hostium redemerunt, pactique sunt ut eodem tempore et Africa Siculis et Sicilia Punicis armis liberaretur. at⁵¹ si Syracusarum moenia tueri perseverasset, <Sic>ilia⁵² belli malis urgueretur, bona pacis fruenda securae Carthagini reliquisset. nunc inferendo quae patiebatur, dum alienas potius lacessit opes quam suas tuetur, quo aequiore animo regnum deseruit, eo tutius recepit.

ext. 2 Quid? Hannibal Cannensem populi Romani aciem nonne prius quam ad dimicandum descenderet compluribus astutiae copulatam laqueis ad tam miserabilem perduxit exitum? ante omnia enim providit ut et solem et pulverem, qui ibi vento multus ex<ci>tari⁵³ solet, adversum haberet. deinde partem copiarum suarum inter ipsum proelii tempus de industria fugere iussit; quam cum a reliquo exercitu abrupta legio Romana sequeretur, trucidandam eam ab iis quos <in>⁵⁴ insidiis collocaverat curavit. postremo quadringentos equites subornavit qui simulata transitione petierunt consulem; a quo iussi more transfugarum depositis armis in ultimam pugnae partem secedere, destructis gladiis, quos inter tunicas et loricas abdide-

⁵¹ at A corr.: age AL ⁵² Sicilia *Halm*: illa* AL

⁵³ add. G ⁵⁴ add. A corr., G

⁶ 310–307: Diodor. 20.3, Justin 22.4.1f.

⁷ 216: Livy 22.46.8f., 48 etc.

EXTERNAL

Agathocles, king of Syracuse, was adventurously cunning. When the Carthaginians had captured the greater part of his city, he took his army over to Africa, in order to dissipate fear by fear and force by force; and not without effect. Shocked by his sudden arrival, the Carthaginians gladly bought their own safety at the price of their enemies' and agreed that Africa should be freed from Sicilian arms and Sicily from Carthaginian simultaneously.⁶ But if he had kept on defending the walls of Syracuse, Sicily would have been afflicted by the evils of war and he would have left the blessings of peace to be enjoyed by Carthage in security. As it was, he imposed what he suffered, challenging alien power rather than protecting his own, and the more coolly he deserted his kingdom, the safer he recovered it.

What of Hannibal? Did he not bring the army of the Roman people at Cannae to so miserable an end after entangling it in many nooses of cunning before he went into battle?⁷ To begin with, he made sure that they should have their faces to the sun and the dust, which is commonly raised there in large quantities by the wind. Then he ordered part of his forces to take to flight deliberately while the battle was actually in progress; when they were separated from the rest of the army and a Roman legion pursued them, he saw to it that the legion was slaughtered by men whom he had placed in ambush. Lastly, he set up four hundred horsemen, who went to the Consul pretending to be deserters. The Consul ordered them as such to lay down their arms and retire to the furthest part of the battle, as deserters are wont to do. Drawing swords which they had secreted between their tunics and breastplates, they ham-

rant, poplites pugnantium Romanorum ceciderunt. haec fuit Punica fortitudo, dolis et insidiis et fallacia instructa. quae nunc certissima circumventae virtutis nostrae excusatio est, quoniam decepti magis quam victi sumus.

5. DE REPULSIS

praef.

Campi quoque repraesentata condicio ambitiosam ingredientiem viam ad fortius sustinendos parum prosperos comitiorum eventus utiliter instruxerit, quia propositis ante oculos clarissimorum virorum repulsis ut non minore cum spe honores ita prudentiore cum animi iudicio petent, meminerintque nefas non esse aliquid ab omnibus uni negari, cum saepenumero singuli cunctorum voluntatibus resistere fas esse duxerint, scientes etiam patientia quaeri debere quod gratia impetrari nequierit.

- 1 Q. Aelius Tubero, a Q. Fabio Maximo epulum populo nomine P. Africani patrum sui dante rogatus ut triclinium sterneret, lectulos Punicanos pelibus haedinis stravit et pro argenteis vasis Samia exposuit. cuius rei deformitas sic homines offendit ut cum alioqui vir egregius haberetur, comitiisque praetoriis candidatus in campum L. Paullo avo et P. Africano avunculo nixus descendisset, repulsa inde abiret notatus: nam ut privatim semper continentiam probabant ita publice maxima cura splendoris habita est. quocirca urbs, non unius convivii numerum sed totam se in illis pelliculis iacuisse credens, ruborem epuli suffragiis suis vindicavit.

¹ Allobrogicus, whose adoptive father Q. Fabius Maximus Aemilianus was the younger Africanus' natural brother. Tubero's mother was Africanus' sister.

² 129 (?): Cic. *Mur.* 75f., *Sen. Ep.* 95.72.

strung the fighting Romans. Such was Punic bravery, equipped with tricks and treacheries and deceit. That is now the surest excuse for our hoodwinked valour, since we were deceived rather than vanquished.

5. OF ELECTORAL DEFEATS

A presentation of what happens on the Campus will be a useful preparation for those entering on the path of public office. It will help them bear adverse election results with more fortitude, for when rejections of men of great renown are placed in front of them, they will seek offices not with less hope but with shrewder judgment. They will bear in mind that there is no sin in the denial of something to an individual by the community, since individuals have often thought it right to resist the wishes of the generality. They will know too that what cannot be won by favour should be sought by patience.

Q. Aelius Tubero was asked by Q. Fabius Maximus,¹ who was giving a feast to the people in the name of his uncle P. Africanus, to fit out a dining room. He spread Punic couches with goatskins and put out Samian utensils instead of silver. This shabby proceeding gave such offence that although he otherwise passed for an excellent person and went down to the Campus as a candidate at the praetorian elections relying on his grandfather L. Paullus and his maternal uncle P. Africanus, he left it with the stigma of rejection. For while they always approved of private frugality, publicly they set much store on a handsome show. So the city felt that its whole entity, not just the complement of one dinner party, had lain on those skins and by its votes took its revenge for the shame of the banquet.²

2 P. autem Scipio Nasica, togatae potentiae clarissimum lumen, qui consul Iugurthae bellum indixit, qui Matrem Idaeam e Phrygiis sedibus ad nostras aras focosque migrantem sanctissimis manibus excepit, qui multas et pestiferas seditiones auctoritatis suae robore oppressit, quo principe senatus per aliquot annos gloriatus est, cum aeditatem curulem adulescens peteret manumque cuiusdam rustico opere duratam more candidatorum tenacius apprehendisset, ioci gratia interrogavit eum num manibus solitus esset ambulare. quod dictum a circumstantibus exceptum ad populum manavit, causamque repulsae Scipioni attulit: omnes namque rusticae tribus, paupertatem sibi ab eo exprobratam iudicantes, iram suam adversus contumeliosam eius urbanitatem destrinxerunt. igitur civitas nostra nobilium iuvenum ingenia ab insolentia revocando magnos et utiles cives fecit, honoribusque non patiendo eos a securis peti debitum auctoritatis pondus adiecit.

3 Nullus error talis in L. Aemilio Paulo conspectus est, sed tamen aliquotiens frustra consulatum petiit, idemque, cum iam campum repulsis suis fatigasset, bis consul et censor factus amplissimum etiam dignitatis gradum obtinuit. cuius virtutem iniuriae non fregerunt sed acuerunt, quoniam quidem ipsa nota accensam cupiditatem summi honoris ardentiorum ad comitia detulit, ut populum, quia

³ *Ca.* 145: cf. Cic. *Planc.* 51, whose reference *quo cive neminem statuo in hac re publica fortiorum* points firmly to the Consul of 138, slayer of Ti. Gracchus. Valerius here conflates four generations of Scipiones Nasicae (Münzer, *RE* IV.1494f.; Briscoe in *Sileno* 1993, p. 407).

⁴ Briscoe after Kempf reads *a scurris* ("by wags," a fifteenth-century conjecture) for *a securis*, which latter however

P. Scipio Nasica was a brilliant luminary of civilian power. As Consul he declared war on Jugurtha; he received in purest hands the Idaeian Mother as she migrated from her Phrygian seat to our altars and hearths; by the strength of his authority he suppressed many noxious tumults; for some years the senate gloried in him as their Leader. Standing for the Curule Aedileship³ as a young man, after the manner of candidates he gripped somebody's hand, which had been hardened by farm labour, rather tightly, and asked him as a joke whether he was by way of walking on his hands. Bystanders caught the remark and it spread to the public and caused Scipio's defeat. For all the rustic tribes thought he had taunted them with poverty and vented their anger against his insulting wit. So our community by restraining the minds of young nobles from insolence made them great and useful citizens, and added to offices their due weight of authority by not letting election be taken for granted.⁴

No such blunder was seen in L. Aemilius Paullus' case and yet he several times stood for the Consulship without success. But after he had tired the Campus out with his rejections,⁵ he was elected Consul twice and Censor and enjoyed a standing second to none. Rebuffs did not break his manly spirit but sharpened it. He brought a more ardent desire for the highest office to the voters, fired by the very

makes good sense. And would Valerius have used the former of this admired figure even by implication?

⁵ Cf. Livy 39.32.6. Paullus' first Consulship was in 182. Plutarch in his *Life* says nothing about previous failures and Livy does not necessarily imply more than one—another Valerian exaggeration.

nobilitatis splendore et animi bonis movere non potuerat, pertinacia vinceret.

4 Q. autem Caecilium Metellum pauci et maesti amici consulatus repulsa adflictum, tristitia ac rubore plenum, domum redixerunt. eundem de Pseudophilippo triumphantem universus senatus laetum et alacrem in Capitolium prosecutus est. Achaici etiam belli, cui summam manum L. Mummius adiecit, maxima pars ab hoc viro profligata est. eum ergo populus consulatum negare potuit cui mox duas clarissimas provincias aut daturus erat aut debiturus, Achaiam ac Macedoniam⁷ et quidem hoc facto meliore eo cive usus est: intellexit enim quam industrie sibi gerendus esset consulatus quem tanto labore impetrari senserat.

5 Quid tam excellens, quid tam opulentum quam L. Sulla⁸ divitias imperia largitus est, leges vetustas abrogavit, novas tulit. hic quoque in eo campo cuius postea dominus exstitit repulsa praeturae suggillatus est, omnia loca petiti honoris, si quis modo deorum formam et imaginem futurae eius potentiae populo Romano repraesentasset, impetraturus.

6 Sed ut comitiorum maximum crimen referam, M. Porcius Cato, plus moribus suis praeturae decoris adiecturus quam praetexto eius splendoris ipse laturus, consequi illam a populo aliquando non potuit. proxima dementiae suffragia, quae quidem satis graves poenas erroris sui pe-

⁶ Two defeats, according to Auct. vir. ill. 61.3. Metellus (Macedonicus) was Praetor in 148 and Consul in 143.

⁷ As though his exploits in Macedonia and Achaia in 148-46 had come after the rejection instead of the other way round.

Ceterum Natura, quem ad modum saepenumero aemulam virium suarum Artem esse patitur ita aliquando irritam fesso labore dimittit. quod summi artificis Euphranoris manus senserunt: nam cum Athenis duodecim deos pingeret, Neptuni imaginem quam poterat excellentissimis maiestatis coloribus complexus est, perinde ac Iovis aliquanto augustiorem repraesentaturus. sed omni impetu cogitationis in superiore opere absumpto, posteriores eius conatus adsurgere quo tendebant nequiverunt.

ext. 6

Quid? ille alter aequo nobilis pictor, luctuosum immolatae Iphigeniae sacrificium referens, cum Calchantem tristem, maestum Ulixen, [clamantem Aiacem]⁸¹ lamentantem Menelaum circa aram statuisset, caput Agamemnonis involvendo nonne summi maeroris acerbitatem arte non posse exprimi confessus est? itaque pictura eius haruspicis et amici et fratris lacrimis madet, patris fletum spectantis adfectu aestimandum reliquit.

ext. 7

Atque ut eiusdem studii adiciam exemplum, praecipuae artis pictor equum ab exercitatione venientem modo non vivum labore industriae suae comprehenderat. cuius naribus spumas adicere cupiens, tantus artifex in tam parvula materia multum ac diu frustra terebatur. indignatione deinde accensus spongeam omnibus imbutam coloribus forte iuxta se positam apprehendit, et veluti corrupturus opus suum tabulae illisit. quam Fortuna ad ipsas equi nares directam desiderium pictoris coegit explere. itaque

⁸¹ *del. Kempf*

⁸ Not found elsewhere.

⁹ *Cic. Orat.* 74 etc.

THAT SOME THINGS CANNOT BE
EFFECTED BY ANY ART

Even as Nature often allows Art to emulate her powers, so sometimes she lets her go frustrated with labour in vain, as the hands of the great artist Euphranor discovered. When he was painting the twelve gods in Athens, he endowed the image of Neptune with the most striking colours of majesty he could muster, as though intending to exhibit Jupiter in guise yet more august. But he had exhausted all the force of his imagination in the earlier work and his later attempts could not rise to their objective.⁸

Consider too that other no less famous painter who portrayed the grievous sacrifice of immolated Iphigenia, placing a sad Calchas, a mournful Ulysses, and a lamenting Menelaus around the altar. Did he not confess by veiling Agamemnon's head that the bitterness of deepest grief cannot be expressed in art? So his painting is wet with the tears of the soothsayer and the friend and the brother, but left the father's weeping to be judged by the emotion of the spectator.⁹

And to add an example from the same field of endeavour,¹⁰ a painter of outstanding quality presented in his industrious toil a horse, almost alive, returning from exercise. Wishing to add foam to the horse's nostrils, great artist that he was, he laboured much and long in vain upon so petty a subject. Then in a fit of anger he seized a sponge impregnated with all colours which happened to be beside him and dashed it against the panel as though to destroy his work. Fortune directed it right at the horse's nostrils

¹⁰ *Pliny N.H.* 35.104, *Plut. Moral.* 99B.

quod ars adumbrare non valuit, casus imitatus est.

12. SVAE QUEMQUE ARTIS OPTIMUM
ET AUCTOREM ESSE ET
DISPUTATOREM

praef. Svae autem artis unumquemque et auctorem et disputatorem optimum esse ne dubitemus, paucis exemplis admoneamur.

1 Q. Scaevola, legum clarissimus et certissimus vates, quotienscumque de iure praedicatorio consulebatur, ad Furium et Cascellium, quia huic scientiae dediti erant, consultores reiciebat. quo quidem facto moderationem magis suam commendabat quam auctoritatem minuebat, ab iis id negotium aptius explicari posse confitendo qui cotidiano usu eius callebant. sapientissimi igitur artis suae professores sunt a quibus et propria studia verecunde et aliena candide⁸² aestimantur.

ext. 1 Platonis quoque eruditissimum pectus haec cogitatio attigit, qui conductores sacrae arae <de>⁸³ modo et forma eius secum sermonem conferre conatos ad Eucliden geometren ire iussit, scientiae eius cedens, immo professioni.

ext. 2 Gloriantur Athenae armamentario suo, nec sine causa: est enim illud opus et impensa et elegantia visendum, cuius architectum Philonem ita facunde rationem institu-

⁸² candide *Cornelissen*: callide AL

⁸³ add. GP.

¹ Cic. *Balb.* 45. On N. (P) Furius see his entry in *SB Onomasticon to Cicero's Treatises*.

and made it fulfil the artist's desire. So what art could not depict, chance imitated.

12. THAT EACH MAN IS BOTH THE
BEST EXECUTANT AND THE
BEST EXPONENT OF HIS ART

So that we do not doubt that each man is both the best executant of his art and its best exponent, let us be admonished by a few examples.

Q. Scaevola was a very famous and reliable prophet of the laws, but whenever he was consulted on real estate law he would refer his clients to Furius and Cascellius as specialists in that area.¹ By so doing he did not so much diminish his authority as let them approve his restraint, confessing that the business in question could better be explained by those expert in it by daily practice. So the wisest professors of their art are those who judge their own pursuits modestly and those of others candidly.

EXTERNAL

This reflection also touched the most learned bosom of Plato. He told persons who had contracted to build a sacred altar and wished to discuss its measurements and shape with him that they should go to Euclid the geometer. He yielded to Euclid's knowledge, or rather to his profession.²

Athens glories in her arsenal, with good reason, for that work is worth a visit for its costliness and elegance. We are told that its architect, Philo, gave so eloquent an account of

² *Plut. Moral.* 579B-C.

tionis suae in theatro reddidisse constat ut disertissimus populus non minorem laudem eloquentiae eius quam arti tribueret.

ext. 3 Mirifice et ille artifex, qui in opere suo moneri se a sutore de crepida et ansulis passus, de crure etiam disputare incipientem supra plantam ascendere vetuit.

13. DE SENECTUTE

praeaf. Senectus quoque ad ultimum sui finem provecta in hoc eodem opere inter exempla industriae in aliquot claris viris conspecta est. separatam tamen et proprium titulum habeat, ne cui deorum immortalium praecipua indulgentia adfuit, nostra <h>on<or>ata⁸⁴ mentio defuisse existimetur, et simul spei diuturnioris vitae quasi adminicula quaedam dentur, quibus insistens alacriorem se respectu vetustae felicitatis facere possit, tranquillitatemque saeculi nostri, qua nulla umquam beatior fuit, subinde fiducia confirmet, salutaris principis incolumitatem ad longissimos humanae condicionis terminos prorogando.

1 M. Valerius Corvinus centesimum annum complevit. cuius inter primum et sextum consulatum quadraginta et sex anni intercesserunt, suffecitque integris viribus corporis non solum speciosissimis publicis ministeriis, sed etiam exactissimae agrorum suorum culturae, et civis et patris familiae optabile exemplum.

⁸⁴ honorata *Halm*: onata *AL*: orn- *A corr.*, *G*

³ *Ca.* 330: *Cic. De orat.* 1.62 etc.

⁴ *Pliny N.H.* 35.85.

his dispositions in the theatre, that the people, lettered as they were, praised his oratorical no less than his artistic skill.³

Admirably spoken too by the artist who let himself be advised in his work by a cobbler concerning sandals and loops, but told him to go no higher than the sole when he started to talk about the shin.⁴

13. OF OLD AGE

Old age too carried to its furthest term has been viewed in this same work among examples of diligence in a number of famous men. But let it have its own separate heading, lest any recipient of the immortal gods' exceptional indulgence be thought to have lacked honourable mention by us. At the same time let certain supports as it were be given to the hope of a long life, leaning on which a man may make himself more cheerful by contemplation of ancient felicity. And let confidence ever and anon confirm the tranquillity of our epoch, than which there never was a happier, by prolonging the safety of our leader and saviour to the longest limits allowed to the human condition.

M. Valerius Corvinus completed his hundredth year. Between his first and sixth Consulships forty-six years elapsed,¹ and with his bodily powers unimpaired he was equal not only to the most distinguished public employments but also to the most thorough cultivation of his land: an enviable example of both citizen and paterfamilias.

¹ See Broughton I.170 n.2. "Corvinus" should have been "Corvus," but the eminent Valerius Corvinus who revived the cognomen in that form was the author's contemporary; cf. *VM* 8.15.5.

- 2 Cuius vitae spatium aequavit Metellus, quartoque anno post consularia imperia senex admodum pontifex maximus creatus tutelam caerimoniarum per duo et viginti annos neque ore in votis nuncupandis haesitante neque in sacrificiis faciendis tremula manu gessit.
- 3 Q. autem Fabius Maximus duobus et sexaginta annis auguratus sacerdotium sustinuit, robusta iam aetate id adeptus. quae utraque tempora si in unum conferantur, facile saeculi modum expleverint.
- 4 Iam de M. Perperna⁸⁵ quid loquar? qui omnibus quos in senatum consul vocaverat superstes fuit, septemque tantummodo quos censor, collega L. Philippi, legerat e patribus conscriptis reliquos vidit, toto ordine amplissimo diuturnior.
- 5 Appii vero aevum clade metirer, quia infinitum numerum annorum orbatus luminibus exegit, nisi quattuor filios, quinque filias, plurimas clientelas, rem denique publicam hoc casu gravatus fortissime rexisset. quin etiam fessus iam vivendo lectica se in curiam deferri iussit, ut cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. hunc caecum aliquis nominet, a quo patria quod honestum erat per se parum cernens coacta est pervidere?
- 6 Muliebris etiam vitae spatium non minus longum in compluribus apparuit, quarum aliquas strictim rettulisse me satis erit: nam et Livia Rutilii septimum et nonagesimum, et Terentia Ciceronis tertium et centesimum, et

⁸⁵ Perperna P: -enna AL

² Cic. *Sen.* 30, Pliny *N.H.* 7.157.

³ Livy 30.26.7, Pliny *N.H.* 7.157.

Metellus equalled Corvinus' life span and in the fourth year following his consular power when quite an old man was made Chief Pontiff. For twenty-two years he took care of public rituals with a voice that never faltered in the taking of vows and a hand that never quavered in the performance of sacrifices.²

Q. Fabius Maximus supported his priestly office of Augur for sixty-two years, having acquired it when already of mature age. If the two periods be added together, they would easily complete the measure of a century.³

What shall I now say of M. Perperna, who outlived all those whom as Consul he had summoned to the senate and who saw only seven survivors out of the Conscrip Fathers whom he had appointed as Censor, colleague of L. Philippus?⁴ He lived longer than the entire honourable order.

I should measure Appius' life by his calamity, in that he spent an infinite number of years deprived of his eyesight, but for the fact that weighed down by this misfortune he stoutly governed four sons, five daughters, a large number of clients, and finally the commonwealth. What is more, already weary of living, he had himself carried to the senate house in a litter in order to prevent the conclusion of a discreditable peace with Pyrrhus. Call him blind if you will, by whom his country, which ill perceived what was honourable by herself, was forced to see it plain.⁵

A female life span no less long has appeared in a number of cases. It will be enough for me to mention a few briefly. Livia wife of Rutilius completed her ninety-seventh year, Terentia wife of Cicero her hundred and

⁴ In 86: Pliny *N.H.* 7.157.

⁵ 280: Cic. *Sen.* 16 etc.

Clodia Ofilii, quindecim filiis ante amissis, quintum decimum et centesimum explevit annum.

ext. 1

Iungam his duos reges, quorum diuturnitas populo Romano fuit utilissima. Siciliae rector Hiero ad nonagesimum annum pervenit. Masinissa Numidia rex hunc modum excessit, regni spatium sexaginta annis emensus, vel ante omnes homines robore senectae admirabilis. constat eum, quem ad modum Cicero refert libro quem de senectute scripsit, nullo umquam imbri, nullo frigore ut caput suum veste tegeter adduci potuisse. eundem ferunt aliquot horis in eodem vestigio perstare solitum, non ante moto pede quam consimili labore iuvenes fatigasset, ac si quid agi a sedente oporteret, toto die saepenumero nullam in partem converso corpore in solio durasse. ille vero etiam exercitus equo insidens noctem diei plerumque iungendo duxit, nihilque omnino ex his operibus quae adulescens sustinere adsueverat, quo mollius senectutem ageret, omisit. veneris etiam usu ita semper viguit ut post sextum et octogesimum annum filium generaret, cui Methymno nomen fuit. terram quoque, quam vastam et desertam acceperat, perpetuo culturae studio frugiferam reliquit.

ext. 2

Gorgias etiam Leontinus, Isocratis et complurium magni ingenii virorum praeceptor, sua sententia felicissimus: nam cum centesimum et septimum ageret annum, interrogatus quapropter tam diu vellet in vita remanere, 'quia nihil' inquit 'habeo quod senectutem meam accusem.' quid isto tractu aetatis aut longius aut beatius? iam alterum saeculum ingressus neque in hoc querellam ullam

⁶ Pliny *N.H.* 7.158.

⁷ Livy 24.4.4, Lucian *Macrob.* 10.

⁸ Cic. *Sen.* 34.

third, Clodia wife of Ofilius her hundred and fifteenth after losing fifteen children.⁶

EXTERNAL

To these I will join two kings whose longevity was much to the advantage of the Roman people. The ruler of Sicily, Hiero, reached his ninetieth year.⁷ Masinissa, king of Numidia, exceeded this measure, ruling as king for the space of sixty years, remarkable above all men for the vigour of his old age. We are told, as Cicero relates in the book he wrote on old age, that he could never be induced by any rain or cold to cover his head with a cloth. They also say that he would stand for some hours in one spot, not moving a foot until he had worn out his juniors in the like exercise; and if something had to be done seated, he often held out on his throne the whole day, turning his body neither right nor left. He also led armies on horseback, frequently joining night to day, and not a single one of those tasks which he had been accustomed to discharge as a young man did he omit to ease his old age. His sexual activity too was always vigorous, so that he fathered a son after his eighty-sixth year, whose name was Methymnus. The land moreover, which was waste and desert when he took it over, he left productive by dint of constant care for its cultivation.⁸

Gorgias of Leontini also, teacher of Isocrates and a number of other highly gifted men, was in his own opinion most fortunate. When he was in his hundred and seventh year, he was asked why he wanted to remain in life so long. "Because," he replied, "I have nothing to say against my old age." What could be longer and happier than his stretch of life? He had already begun a second century and

- invenit neque in illo reliquit.
- ext. 3 Biennio minor Xenophilus Chalcidensis Pythagoricus, sed felicitate non inferior, si quidem, ut ait Aristoxenus musicus, omnis humani incommodi expers in summo perfectissimae doctrinae splendore extinctus est.
- ext. 4 Arganthonius autem Gaditanus tam diu regnavit quam diu etiam ad satietatem vixisse abunde foret: octoginta enim annis patriam suam rexit, cum ad imperium quadraginta annos natus accessisset. cuius rei certi sunt auctores. Asinius etiam Pollio, non minima pars Romani stili, in tertio historiarum suarum libro centum illum et triginta annos explesse commemorat, et ipse nervosae vivacitatis haud parvum exemplum.
- ext. 5 Huius regis consummationem annorum minus admirabilem faciunt Aethiopes, quos Herodotus scribit centesimum et vicesimum annum transgredi, et Indi, de quibus Ctesias idem tradit, et Epimenides Cnosius, quem Theopompus dicit septem et quinquaginta et centum annos vixisse.
- ext. 6 Hellanicus vero ait quosdam ex gente Epiorum, quae pars Aetoliae <est>,⁸⁶ duce nos explere annos, eique subscribit Damastes, hoc amplius adfirmans, Litorium quendam ex iis maximarum virium staturaeque praecipuae trecentesimo annum cumulasse.
- ext. 7 Alexander vero, in eo volumine quod de Illyrico tractu composuit, adfirmat Dandonem quendam ad quingentesi-

⁸⁶ *add. A corr.*

⁹ *Ibid.* 13 etc.

¹⁰ *Pliny N.H.* 7.168, *Lucian Macrob.* 18.

¹¹ *Cic. Sen.* 69 etc. Pollio died aged 79.

found no complaint in it nor left any in its predecessor.⁹

Xenophilus of Chalcis, the Pythagorean, was two years younger but in good fortune not inferior; for as Aristoxenus the musician says, he died in the full brilliance of the most consummate learning, without any experience of human adversity.¹⁰

Arganthonius of Gades reigned for so long a period that to have lived that long would be more than enough to produce satiety. For he ruled his country for eighty years, having ascended the throne at the age of forty. For that fact there are reliable authorities. And Asinius Pollio, not the least part of Roman literature, relates in the third book of his histories that he completed a hundred and thirty years. Pollio himself was no mean example of vigorous longevity.¹¹

That king's consummation of years is made the less remarkable by the Ethiopians, of whom Herodotus¹² writes that they go beyond the hundred and twentieth year, and the Indians, of whom Ctesias reports the same, and Epimenides of Cnossus, who according to Theopompus lived a hundred and fifty-seven years.

Hellanicus says that certain of the nation of the Epii, which is a part of Aetolia, live two hundred years and Damastes supports him, further affirming that one of them, Litorius, a man of great strength and extraordinary stature, made up his three hundredth year.¹³

Alexander in the book he composed on the Illyrian region affirms that a certain Dando advanced to his five

¹² 3.23.

¹³ *Pliny N.H.* 7.154.

mum usque annum nulla ex parte senescentem processisse. sed multo liberalius Xenophon, cuius *περίπλους* legitur: insulae enim Latmiorum regem octingentis vitae annis donavit. ac ne pater eius parum benigne acceptus videretur, ei quoque sescentos adsignavit annos.

14. DE CUPIDITATE GLORIAE

praef. Gloria vero aut unde oriatur aut cuius sit habitus aut qua ratione debeat comparari, et an melius a virtute velut non necessaria neglegatur viderint ii quorum in contemplandis eius modi rebus cura teritur, quibusque quae prudenter animadverterunt facunde contigit eloqui. ego in hoc opere factis auctores et auctoribus facta sua reddere contentus, quanta cupiditas eius esse soleat propriis exemplis demonstrare conabor.

1 Superior Africanus Ennii poetae effigiem in monumentis Corneliae gentis collocari voluit, quod ingenio eius opera sua illustrata iudicaret, non quidem ignarus quam diu Romanum imperium floreret, et Africa Italiae pedibus esset subiecta, totiusque terrarum orbis summum columnen arx Capitolina possideret, eorum extinguere memoriam non posse, si tamen litterarum quoque illis lumen accessisset, magni aestimans, vir Homericum quam rudi atque impolito praeconio dignior.

2 Similiter honoratus animus erga poetam Accium D. Bruti, suis temporibus clari ducis, exstitit, cuius familiari cultu et prompta laudatione delectatus versibus temporum aditus, quae ex manubiis consecraverat, adornavit.

¹⁴ Pliny *N.H.* 7.155.

¹ Cic. *Arch.* 22 etc.

² *Ibid.* 27.

hundredth year without any sign of old age. But Xenophon, whose "Circumnavigation" is read, is much more generous, giving the king of Latmos island eight hundred years of life. And so that his father should not seem hardly done by, he assigned him too six hundred years.¹⁴

14. OF APPETITE FOR GLORY

Whence comes glory? What is it like? How should it be gained? Is it better neglected by virtue as unnecessary? I leave these questions to those who take pains in contemplating such matters and who have the faculty to express eloquently what they have wisely observed. In this work I am content to give to deeds their doers and to doers their deeds, and shall attempt to show by appropriate examples how strong the appetite for it is wont to be.

The elder Africanus wanted the portrait of the poet Ennius placed among the monuments of the Cornelian clan because he judged that by Ennius' genius his own performances had been illuminated. He was not ignorant that as long as Roman empire flourished and Africa lay subject at Italy's feet and the citadel of the Capitol possessed the topmost pinnacle of the globe their memory could not be extinguished, but he thought it of great moment that the light of letters too should accrue to them. A man worthy to be celebrated by Homer rather than in rude, unpolished strains.¹

D. Brutus, a famous general in his own time, showed a similar disposition to honour the poet Accius. Pleased with his familiar attentions and ready encomiums, he decorated the approaches to the temples which he had consecrated out of his spoils with Accius' verses.²

3 Ne Pompeius quidem Magnus ab hoc adfectu gloriae aversus, qui Theophanen Mitylenaeum scriptorem rerum suarum in contione militum civitate donavit, beneficium per se amplum accurata etiam et testata oratione prosecutus. quo effectum est ut ne quis dubitaret quin referret potius gratiam quam incoharet.

4 L. autem Sulla, etsi ad neminem scriptorem animum direxit, tamen Iugurthae a Boccho rege ad Marium perducti totam sibi laudem < tam >⁸⁷ cupide adseruit ut anulo quo signatorio utebatur insculptam illam traditionem haberet. et quantus < quantus >⁸⁸ postea, ne minimum quidem gloriae vestigium contempsit.

5 Atque ut imperatoribus militis gloriosum spiritum subnectam, Scipionem, dona militaria iis qui strenuam operam ediderant dividendam, T. Labienus ut forti equiti aureas armillas tribueret admonuit, eoque se negante id factu < ru > m,⁸⁹ ne castrensis honos in eo qui paulo ante servisset violaretur, ipse ex praeda Gallica aurum equiti largitus est. nec tacite id Scipio tulit: namque equiti 'habebis' inquit 'donum viri divitis.' quod ubi ille accepit, proiecto ante pedes Labieni auro vultum demisit. idem, ut audivit Scipionem dicentem 'imperator te argenteis armillis donat,' alacer gaudio abiit. nulla est ergo tanta humilitas quae dulcedine gloriae non tangatur.

6 Illa vero etiam a claris viris interdum ex humillimis rebus petita est: nam quid sibi voluit C. Fabius, nobilissimus

⁸⁷ *add. A corr.* ⁸⁸ *add. Per.*

⁸⁹ *add. A corr., L corr., G*

³ 62: *ibid.* 24.

⁴ Pliny *N.H.* 37.9 etc.

Pompeius Magnus too was not averse from this hankering after glory. He bestowed citizenship on Theophanes of Mitylene, the chronicler of his exploits, in a military assembly and followed up the gift, ample in itself, with a detailed and well publicized speech. As a result no one doubted that Pompey was repaying a favour rather than initiating one.³

L. Sulla did not pay attention to any writer. However, he claimed for himself the whole credit for king Bocchus' bringing Jugurtha to Marius, so eagerly that he kept the surrender engraved on a ring which he used as a signet.⁴ And however great he subsequently became, he never despised the slightest trace of glory.

To subjoin to the generals the glory-loving spirit of a soldier: when Scipio was distributing military awards among those who had distinguished themselves, T. Labienus told him that he should give golden bracelets to a brave trooper. When Scipio refused on the ground that a military honour should not be degraded in the person of a man who had recently been a slave, Labienus gave the trooper gold from the Gallic booty. Scipio did not take that in silence. He said to the trooper, "You will have the gift of a rich man." Hearing that, the man flung the gold at Labienus' feet and hung his head. But when he heard Scipio say "Your commander presents you with silver bracelets," he went cheerfully away, rejoicing.⁵ So there is no rank too humble to be affected by the sweetness of glory.

Glory has sometimes been sought even by men of note from the lowliest materials. For what was C. Fabius about,

⁵ 46: not found elsewhere.

civis, qui cum in aede Salutis, quam C. Iunius Bubulcus dedicaverat, parietes pinxisset, nomen iis suum inscripsit? id enim demum ornamentum familiae consulatibus et sacerdotiis et triumphis celeberrimae deerat. ceterum sordido studio deditum ingenium qualemcumque illum laborem suum silentio oblitterari noluit, videlicet Phidiae secutus exemplum, qui clipeo Minervae effigiem suam inclusit, qua convulsa tota operis colligatio solveretur.

ext. 1 Sed melius aliquanto, si aliena imitatione capiebatur, Themistoclis ardorem esset aemulatus, quem ferunt, stimulis virtutum⁹⁰ agitatum et ob id noctes inquietas exigentem, quaerentibus quid ita eo tempore in publico versarentur respondisse 'quia me tropaea Miltiadis de somno excitant.' Marathon nimirum animum eius ad Artemisium et Salamina, navalis gloriae fertilia nomina, illustranda tacitis facibus incitabat. idem theatrum petens cum interrogaretur cuius vox auditu illi futura esset gratissima, dixit 'eius a quo artes⁹¹ meae optime canentur.' dulcedinem gloriae, paene adieci gloriosam!

ext. 2 Nam Alexandri pectus insatiabile laudis, qui Anaxarcho comiti suo ex auctoritate Democriti praeceptoris innumerales mundos esse referentis 'heu me' inquit 'miserum, quod ne uno quidem adhuc sum potitus!' angusta homini possessio <avido>⁹² gloriae fuit quae deorum omnium domicilio sufficit.

⁹⁰ virtutis P ⁹¹ artes A: artis L: virtutes P (cf. Cic. virtus)

⁹² add. * SB

6 304: Cic. *Tusc.* 1.4 etc. 7 Cic. *De orat.* 2.73 etc.

8 Plut. *Them.* 3. 9 Cic. *Arch.* 20.

a citizen of the highest nobility, when he painted the walls in the temple of Welfare which C. Junius Bubulcus had dedicated and inscribed his name thereon⁶ That was the only distinction lacking in a family abounding in Consulates and priesthoods and triumphs! However, his mind devoted to a base pursuit did not wish that labour of his, whatever its nature, to be shrouded in silence. No doubt he was following the example of Phidias, who put his own likeness into Minerva's shield so that if it were dislodged the whole interconnection of the work would be dissolved.⁷

EXTERNAL

But if he was taken with the fancy to imitate foreigners, he had better have emulated Themistocles' enthusiasm. They say of him that he was agitated by the pricks of great achievements and so spent restless nights. To those who enquired why he went about in public at that time he replied: "Because Miltiades' trophies rouse me from my sleep." Doubtless Marathon urged his soul with silent goads to make Artemisium and Salamis illustrious, names fertile in naval glory.⁸ The same Themistocles was asked on his way to the theatre whose voice he would most like to hear and answered, "Whosoever will best sing my skills."⁹ Ah sweetness of glory—I had almost added "vainglorious"!

Alexander's appetite for fame was insatiable. He said to his companion Anaxarchus, who was retailing on the authority of his teacher Democritus the existence of innumerable worlds: "Alas for me, I have not yet made myself master of one!" A holding that suffices for the domicile of all the gods was not large enough for one glory-hungry man.¹⁰

¹⁰ Plut. *Moral.* 466D, Aelian *Var. hist.* 4.29.

ext. 3 Regis et iuvenis flagrantissimae cupiditati similem Aristotelis in capessenda laude sitim subnectam: is namque Theodecti discipulo oratoriae artis libros quos <pro suis>⁹³ ederet donaverat, molesteque postea ferens titulum eorum sic alii cecisisset, proprio volumine quibusdam rebus insistens, plenius⁹⁴ sibi de his in Theodectis libris dictum esse adiecit. nisi me tantae et tam late patentis scientiae verecundia teneret, dicerem dignum philosophum cuius stabiliendi mores altioris animi philosopho traderentur.

Ceterum gloria ne ab iis quidem qui contemptum eius introducere conantur negligitur, quoniam quidem <iis>⁹⁵ ipsis voluminibus nomina sua diligenter adiciunt, ut quod professione elevant usurpatione memoriae adsequantur. sed qualiscumque horum dissimulatio proposito illorum longe tolerabilior qui, dum aeternam memoriam adsequerentur, etiam sceleribus innotescere non dubitarunt.

ext. 4 Quorum e numero nescio an in primis Pausanias debeat referri: nam cum Hermoclen percontatus esset quonam modo subito clarus posset evadere atque is respondisset, si aliquem illustrem virum occidisset, futurum ut gloria eius ad ipsum redundaret, continuo Philippum interemit, et quidem quod petierat adsecutus est: tam enim se parricidio quam Philippus virtute notum posteris reddidit.

ext. 5 Illa vero gloriae cupiditas sacrilega: inventus est enim qui Dianae Ephesiae templum incendere vellet, ut opere

⁹³ *add. P* ⁹⁴ *plenius SB³: plan- AL* ⁹⁵ *add. SB³*

¹¹ This stricture is based on a misunderstanding. Aristotle wrote a compendium of Theodectes' treatise: see Solmsen *RE* VA.1729f.

To the voracious craving of a king and a young man I shall append Aristotle's similar thirsty grasping at credit. He had given his books on the art of oratory to his pupil Theodectes to publish as his own. Later he was irked that their title should have thus passed to another and so in a volume of his own, dwelling on certain matters, he added that he had spoken of them more fully in Theodectes' books. If I were not held back by my respect for knowledge so great and wide-ranging, I should say that here was a philosopher whose character should have been handed over to a higher-minded philosopher to be stabilized.¹¹

Glory is not neglected even by such as attempt to inculcate contempt for it, since they are careful to add their names to those very volumes, in order to attain by use of remembrance what they belittle in their professions. But whatever may be thought of their dissimulation, it is far more tolerable than the design of those who in their desire to be remembered forever did not scruple to gain notoriety even by crimes.

Of their number perhaps Pausanias should be given first mention. For when he asked Hermocles how he could suddenly become famous and was told in reply that if he killed an illustrious man that man's glory would redound to himself, he went and slew Philip, and indeed he achieved his purpose. For he made himself as well known to posterity by the murder as Philip by his achievements.¹²

Here is appetite for glory involving sacrilege. A man was found to plan the burning of the temple of Ephesian

¹² 336: other sources ascribe a different motive, e.g. Justin 9.6f.

pulcherrimo consumpto nomen eius per totum terrarum orbem disiceretur; quem quidem mentis furorem eculeo impositus detexit. ac bene consuluerant Ephesii decreto memoriam taeterrimi hominis abolendo, nisi Theopompi magnae facundiae ingenium historiis eum suis comprehendisset.

15. QVAE CUIQUE MAGNIFICA CONTIGERUNT

praef. Candidis autem animis voluptatem praeberint in conspicuo posita quae cuique magna merito contigerunt, quia aequae praemiorum virtutis atque operum contemplatio iucunda⁹⁶ est, ipsa Natura nobis alacritatem sumministrante, cum honorem industrie appeti et exsolvi grate videmus. verum etsi mens hoc loco protinus ad Augustam domum, beneficentissimum et honoratissimum templum, omni impetu fertur, melius cohibebitur, quoniam cui ascensus in caelum patet, quamvis maxima, debito tamen minora sunt quae in terris tribuuntur.

1 Superiori Africano consulatus citerior legitimo tempore datus est, quod fieri oportere exercitus senatum litteris admonuit. ita nescias utrum illi plus decoris patrum conscriptorum auctoritas an militum consilium adiecerit: toga enim Scipionem ducem adversus Poenos creavit, arma poposcerunt. cui quae in vita praecipua adsignata

⁹⁶ iucunda *Badius*: iudicanda AL aequae ... iud- *intra cruces Britscoe*

¹³ 356: most writers who mention the matter do in fact sup-

Diana so that through the destruction of this most beautiful building his name might be spread through the whole world. This madness he unveiled when put upon the rack. The Ephesians had wisely abolished the memory of the villain by decree, but Theopompus' eloquent genius included him in his history.¹³

15. OF DISTINCTION FALLING TO INDIVIDUALS

Distinctions fallen deservedly to individuals would give pleasure to candid minds when placed conspicuously in view, because contemplation of the rewards of virtue and of its works is equally pleasing; for Nature herself gives us good cheer when we see honour strenuously sought and gratefully paid. But although the mind at this point is carried by its every impulse straight to the house of Augustus, a temple most beneficent and most honoured, it will better be held in check, since to him for whom ascent to heaven lies open earthly tributes, no matter how great, are still below his desert.

The Consulate was given to the elder Africanus before the legal time; the army admonished the senate by letter that this ought to be done. So it is hard to say whether the authority of the Conscript Fathers or the counsel of the soldiers did him more honour; the gown made Scipio commander against the Carthaginians, but arms demanded him.¹ The distinctions accorded to him in life would take

press the arsonist's name. Strabo gives it as Herostratus (Plau-
mann, *RE* VIII.1145). ¹ 148: cf. *Livy Per.* 50, *App. Lib.* 112
(who give the credit to the people, not the army).

sint et longum est referre, quia multa, et non necessarium, quia maiore ex parte iam relata sunt. itaque quod hodieque eximium capit adiciam. imaginem in cella Iovis Optimi Maximi positam habet, quae, quotienscumque funus aliquod Corneliae gentis celebrandum est, inde petitur, unique illi instar atrii Capitolium est.

2 Tam hercule quam curia superiori Catoni,⁹⁷ cuius effigies ad illius⁹⁸ generis officia expromitur. gratum ordinem, qui utilissimum rei publicae senatorem tantum non semper secum habitare voluit, omnibus numeris virtutis divitem magisque suo merito quam Fortunae beneficio magnum, cuius prius consilio quam Scipionis imperio delata Carthago est!

3 Rarum specimen honoris <in>⁹⁹ Scipione quoque Nasica oboritur: eius namque manibus et penatibus nondum quaestori<i>¹⁰⁰ senatus Pythii Apollinis monitu Pessimunte accersitam deam excipi voluit, quia eodem oraculo praecceptum erat ut haec ministeria Matri deum a sanctissimo viro praestarentur. explica totos fastos, constitue omnes currus triumphales, nihil tamen morum principatu speciosius reperies.

4 Tradunt subinde nobis ornamenta sua Scipiones commemoranda: Aemilianum enim populus ex candidato aeditutatis consulem fecit. eundem, cum quaestoriis comitiis suffragator Q. Fabii Maximi, fratris filii, in campum de-

⁹⁷ superiori Catoni *Pighius*: -ris -nis AL ⁹⁸ cuius effigies ad illius *SB, ducibus Gertz et Kempf*: eff- ill- ad cuius* AL

⁹⁹ *add. A corr.*

¹⁰⁰ *add. Briscoe*

² Cf. Auct. vir. ill. 47.9.

³ "Carthago delenda est."

long to mention, because they are many, nor is it necessary, because the greater part has been mentioned already. So I will add an extraordinary one which he still receives to this day. He has his statue placed in the sanctuary of Jupiter Best and Greatest, and whenever a funeral is to be celebrated in the Cornelian clan, the statue is sought there, and to it alone the Capitol is like an entrance hall.

So to be sure is the senate house to the elder Cato, whose effigy is brought out for offices of this nature.² Grateful indeed was the senatorial order, which desired that a senator so useful to the commonwealth all but dwell always with itself, one rich in every kind of virtue and great more by his merit than by benefit of Fortune, by whose counsel³ Carthage was earlier destroyed than by Scipio's generalship.

A rare example of an honour comes before us also in the case of Scipio Nasica. For when he had not yet been Quaestor the senate decided that the goddess summoned from Pessinus at the admonition of Pythian Apollo should be received by his hands and his household gods, because the same oracle had prescribed that these services should be rendered to the Mother of the Gods by the most blameless of men.⁴ Roll out all the Fasti, place before you all the triumphal chariots, you will find nothing more splendid than primacy in morals.

The Scipios keep handing us their distinctions to be commemorated. The people made Aemilianus a Consul from being a candidate for the Aedileship.⁵ When he went down to the Campus at the quaestorian elections to support his nephew Q. Fabius Maximus, they brought him

⁴ 204: Livy 29.14.2f. etc.

⁵ See Broughton I.462.

scendisset, consulem iterum reduxit. eidem senatus his sine sorte provinciam, prius Africam, deinde Hispaniam dedit, atque haec neque civi ambitioso <neque gratioso>¹⁰¹ senatori, quemadmodum non solum vitae eius severissimus cursus sed etiam mors clandestinis illata insidiis declaravit.

5 M. quoque Valerium duabus rebus insignibus di pariter atque cives speciosum reddiderunt, illi cum quodam Gallo comminus pugnantem corvum propugnatores subicientes, hi tertium et vicesimum annum ingresso consulatum largiti. quorum alterum decus vetustae originis, optimi nominis¹⁰² gens, Corvini amplexa cognomen, usurpat, alterum summo subiungit¹⁰³ ornamento, tam celeritate quam principio consulatus gloriando.

6 Ac ne Q. quidem Scaevolae, quem L. Crassus in consulatu collegam habuit, gloria parum illustris, qui Asiam tam sancte et tam fortiter obtinuit ut senatus deinceps in eam provinciam ituris magistratibus exemplum atque formam officii Scaevolam decreto suo proponeret.

7 Inhaerent uni¹⁰⁴ voci posterioris Africani septem C. Marii consulatus ac duo amplissimi triumphi: ad rogam enim usque gaudio exsultavit quod cum apud Numantiam sub eo duce equestria stipendia mereret, et forte inter

¹⁰¹ *add.* * Halm, duce Kempf

¹⁰² *nominis Per.*: ho- A corr.

¹⁰³ *subiungit Per.*: -tur AL

¹⁰⁴ *uni Kempf*: illi AL

⁶ 134: see Broughton I.491 n.1.

⁷ In 148 and 134 (Broughton I.462 and 490).

⁸ The argument seems to be that Scipio's murder proved his unpopularity. ⁹ 349: Livy 7.26.3-5 (Broughton I.129).

¹⁰ 349: Livy 7.26.12 (Broughton I.129).

back as Consul for the second time.⁶ The senate twice gave him a province without drawing lots, first Africa, then Spain,⁷ and all this they did not do for a citizen eager to please or a popular senator, as was made plain not only by the austere course of his life but also by a death brought upon him by secret plots.⁸

The gods and his countrymen each conferred distinction on M. Valerius too in two notable ways, the first by sending a crow to fight for him in his hand-to-hand combat with a Gaul,⁹ the second by bestowing the Consulship as he entered his twenty-third year.¹⁰ The first honour is enjoyed by his clan, one of ancient origin and excellent reputation, which embraced the surname Corvinus;¹¹ the other it attaches to its highest ornament, glorying in the swiftness of the Consulate no less than in the fact that it was a beginning.¹²

Nor is the glory of Q. Scaevola, whom L. Crassus had as his colleague in the Consulship, lacking in lustre. He governed Asia¹³ so incorruptably and so strongly that the senate in its decree proposed Scaevola as an example and model of administration for magistrates going out to that province thenceforward.

The seven Consulships and two splendid triumphs of C. Marius lie embedded in a single remark of the younger Africanus. For until the day of his death Marius delighted to recall that when he was serving in the cavalry under

¹¹ Cf. VM 8.13.1.

¹² The Consulship was additionally distinguished because it came early and because it was the first of six.

¹³ In 97 or 94 (see Broughton III.145f.): Cic. *Att.* 5.17.5 etc. (Broughton II.7).

cenam quidam Scipionem interrogasset, si quid illi accidisset, quemnam res publica aeque magnum habitura esset imperatorem, respiciens se supra ipsum cubantem 'vel hunc' dixerit. quo augurio perfectissima virtus maximam orientem virtutem videritne certius an efficacius accenderit perpendi vix potest; illa nimirum cena militaris speciosissimas tota in urbe Mario futuras cenas ominata est: postquam enim Cimbros ab eo deletos initio noctis nuntius pervenit, nemo fuit qui non illi tamquam dis immortalibus apud sacra mensae suae libaverit.

8 Iam quae in Cn. Pompeium et ampla et nova congesta sunt, hinc adsensione favoris, illinc fremitu invidiae litterarum monumentis obstrepunt.¹⁰⁵ eques Romanus pro consule in Hispaniam adversus Sertorium pari imperio cum Pio Metello, principe civitatis, missus est. nondum ullum honorem <curulem>¹⁰⁶ auspicatus bis triumphavit. initia magistratum a summo imperio cepit. tertium consulatum decreto senatus solus gessit. de Mithridate et Tigrae, de multis praeterea regibus plurimisque civitatibus et gentibus et praedonibus unum duxit triumphum.

9 Q. etiam Catulum populus Romanus voce sua tantum non ad sidera usque evexit: nam cum ab eo pro rostris interrogaretur, si <in>¹⁰⁷ uno Pompeio Magno omnia repone-re perseverasset, absumpto illo subiti casus incursu in quo spem esset habiturus, summo consensu acclamavit 'in

¹⁰⁵ obstrepunt *Madvig*: -ntur AL

¹⁰⁶ *add.* P

¹⁰⁷ in uno A *corr.*: uno AL; vivo G

¹⁴ 134/3: Plut. *Mar.* 3.

Scipio at Numantia, somebody asked the latter at dinner what equally great general the commonwealth would have if anything happened to himself. Scipio looked at Marius, who was in the place above him, and said, "Perhaps our friend here."¹⁴ Whether in that augury consummate excellence more surely perceived excellence of the highest order in the making or more effectively ignited it can hardly be assessed. But surely that military dinner was an omen for future dinners most glorious to Marius throughout Rome. For after news came at nightfall of his destruction of the Cimbri, nobody but in the ritual of the table poured a libation to him as to the immortal gods.

The ample and novel distinctions heaped on Cn. Pompeius assault our ears in literary memorials with choruses of approving support on the one hand and of clamorous envy on the other. A Roman knight, he was despatched as Proconsul to Spain against Sertorius with authority equal to Pius Metellus, Rome's leading citizen. Not yet having entered upon any curule office, he triumphed twice. He took the first steps in magistracy from supreme command. He held his third Consulship alone by decree of the senate. He celebrated victory over Mithridates and Tigranes, many other kings, and a multitude of communities and nations and pirates in a single triumph.¹⁵

Q. Catulus too was almost borne to the stars by the voice of the Roman people. For when he asked them from the rostra the question: if they persisted in staking everything on Pompeius Magnus, in whom would they have hope should he be taken away by some sudden stroke of chance, the people cried out with the greatest unanimity,

¹⁵ See Miltner's account in *RE* XXI.2063ff.

te.' vim ho<no>rati¹⁰⁸ iudicii admirabilem, si quidem Magnum Pompeium cum omnibus ornamentis quae rettu-
li duarum syllabarum spatio inclusum Catulo aequavit!

10 Potest et M. Catonis ex Cypro cum regia pecunia rever-
tentis appulsus ad ripam Tiberis¹⁰⁹ memorabilis videri, cui
nave egredienti consules et ceteri magistratus et universus
senatus populusque Romanus officii gratia praesto fuit,
non quod magnum pondus auri et argenti sed quod M. Ca-
tonem classis illa incolumem advexerat laetatus.

11 Sed nescio an praecipuum L. Marci<us>¹¹⁰ inusitati de-
coris exemplum, quem equitem Romanum duo exercitus,
P. et Cn. Scipionum interitu victoriaeque Hannibalis lacera-
ti, ducem legerunt, quo tempore salus eorum in ultimas
angustias deducta nullum ambitioni locum relinquebat.

12 Merito virorum commemorationi Sulpicia Ser. Pater-
culi filia, Q. Fulvii Flacci uxor, adicitur. quae, cum senatus
libris Sibyllinis per decemviros inspectis censuisset ut Ve-
neris Verticordiae simulacrum consecraretur, quo facilius
virginum mulierumque mens a libidine ad pudicitiam con-
verteretur, et ex omnibus matronis centum, ex centum au-
tem decem sorte ductae de sanctissima femina iudicium
facerent, cunctis castitate praelata est.

¹⁰⁸ *add. A corr., G*

¹⁰⁹ Tiberis ☿: urbis AL

¹¹⁰ *add. Gertz*

"In you."¹⁶ Admirable force of honorific judgment! In two
syllables they equalled Magnus Pompeius to Catulus,
along with all the ornaments I have related.

And M. Cato's putting in at the city's waterside as he re-
turned from Cyprus with the royal treasure may seem
worth remembrance. As he left the ship, the Consuls and
other magistrates and the entire senate and the Roman
people were on hand to greet him, rejoicing that the fleet
brought, not a great mass of gold and silver, but M. Cato
safe and sound.¹⁷

But perhaps L. Marcius' example of unprecedented
honour takes first place. A Roman knight, two armies lac-
erated by the deaths of P. and Cn. Scipio and Hannibal's
victory,¹⁸ chose him as their commander at a point when
their survival hung upon a thread and there was no room
for popularity-mongering.¹⁹

To the commemoration of men Sulpicia, daughter of
Ser. Paterculus and wife of Q. Fulvius Flaccus, deserves to
be added. After the Sibylline books had been inspected by
the Board of Ten, the Senate ordained that an image of Ve-
nus Verticordia be consecrated, the more easily to turn the
minds of virgins and married women from lust to chastity;
and that from all the matrons one hundred and from the
one hundred ten drawn by lot should make a judgment,
who was the most blameless of the sex. Sulpicia was placed
above them all for purity.²⁰

¹⁶ 67: Cic. *Leg. Man.* 59 etc.

¹⁷ 56: Vell. 2.45.5, Plut. *Cat. min.* 39.

¹⁸ Actually Hasdrubal's (Valerius' error?).

¹⁹ 212: Livy 25.37.5f. Cf. VM 1.6.2, 2.7.15.

²⁰ *Ca.* 220: Pliny *N.H.* 7.120; cf. *Ov. Fast.* 4.157-60.

ext. 1 Ceterum quia sine ulla deminutione Romanae maiestatis externa quoque insignia respici possunt, ad ea transgrediemur. Pythagorae tanta veneratio ab auditoribus tributa est ut quae ab eo acceperant in disputationem deducere nefas existimarent. quin etiam interpellati ad reddendam causam hoc solum respondebant, ipsum dixisse, magnus honos, sed schola tenuis: illa urbium suffragiis tributa. enixo Crotoniatae studio ab eo petierunt ut senatum ipsorum, qui mille hominum numero constabat, consiliis suis uti pateretur, opulentissimaque civitas <Metapontini>¹¹¹ iam praesentem¹¹² venerati post mortem domum Cereris sacrarium fecerunt, quoadque¹¹³ illa urbs viguit, et dea in hominis memoria et homo in deae religione cultus est.

ext. 2 Gorgiae vero Leontino studiis litterarum aetatis suae cunctos praestanti, adeo ut primus in conventu poscere qua de re quisque audire vellet ausus sit, universa Graecia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit, cum ceterorum ad id tempus auratas collocasset.

ext. 3 Eadem gens summo consensu ad Amphiarum decorandum incubuit, locum quo humatus est in formam condicionemque templi redigendo atque inde oracula capi instituendo. cuius cineres idem honoris possident quod Pythicae cortinae, quod aheno Dodonae, quod Hammonis fonti datur.

¹¹¹ *add. Gertz, duce Madvig*

¹¹² iam praesentem *Gertz*: tam frequen- * AL

¹¹³ quoadque *Kempf*: quaque* AL

²¹ Cic. *Nat. deor.* 1.10 etc.

²² Cic. *De orat.* 1.103 etc.

EXTERNAL

But since foreign notabilities can be taken into account without derogation to the majesty of Rome, we shall pass thereto. Such reverence was accorded Pythagoras by his auditors that they held it a sin to make what they heard from him a subject of debate. They even, when challenged to give a reason, would answer only this, that *he* had said it. A great honour, but extending no further than the school;²¹ the following was paid by the votes of cities. The people of Croton pressingly requested him to allow their senate, numbering a thousand men, to avail itself of his advice; and the very thriving community of Metapontus, which had venerated him in his lifetime, made his house a shrine of Ceres after his death. As long as the city flourished, the goddess was worshipped in the remembrance of the man and the man in the religious observance of the goddess.

Gorgias of Leontini was ahead of all his contemporaries in literary studies. So much so, that he was the first to venture to ask in a gathering on what subject each one would like to hear him.²² The whole of Greece set up his statue of solid gold in the temple of Delphic Apollo, although up to that time it had placed gilded statues of other men.²³

The same nation laid itself out with the greatest unanimity to honour Amphiarus, converting his burial place into the form and function of a temple and instituting the taking of oracles therefrom.²⁴ His ashes have the same honour as is given to the Pythian tripod, the cauldron at Dodona, and the fountain of Hammon.

²³ *Ibid.* 3.129 etc.

²⁴ Cic. *Div.* 1.88 etc.

ext. 4 Berenices quoque non vulgaris honos, cui soli omnium
feminarum gymnico spectaculo interesse permissum est,
cum ad Olympia filium Euclea certamen ingressu<rum>¹¹⁴
adduxisset, Olympionice patre genita, fratribus eandem
palmam adsecutis latera eius cingentibus.

¹¹⁴ *add. P*

No ordinary honour was paid to Berenice too, the only
woman allowed to be present at a gymnastic spectacle.
That was when she brought her son Eucles to the Olympics
to enter the competition.²⁵ She was the daughter of an
Olympic champion, and she came flanked by her brothers
who had won the same palm.

²⁵ 396 (?), cf. *RE* Eukles 14: Pliny *N.H.* 7.133, Aelian *Var. hist.*
10.1, Pausan. 6.7.2 etc.

LIBER NONUS

I. DE LUXURIA ET LIBIDINE

praef.

Blandum etiam malum Luxuria, quam accusare aliquanto facilius est quam vitare, operi nostro inseratur, non quidem ut ullum honorem recipiat, sed ut se ipsam recognoscens ad paenitentiam impelli possit. iungatur illi Libido, quoniam ex iisdem vitiorum principiis oritur, neque aut a reprehensione aut ab emendatione separentur, gemino mentis errore conexae.

- 1 C. Sergius Orata pensilia balnea primus facere instituit. quae impensa <a>¹ levibus initiis coepta ad suspensa² caldae aquae tantum non aequora penetravit. idem, videlicet ne gulam Neptuni arbitrio subiectam haberet, peculiaris sibi maria excogitavit, aestuariis intercipiendo fluctus, pisciumque diversos greges separatim molibus includendo, ut nulla tam saeva tempestas inciderit qua non Oratae mensae varietate ferculorum abundarent. aedificiis etiam spatiosis et excelsis deserta ad id tempus ora Lucrini lacus pressit, quo recentiore usu conchyliorum frueretur: ubi <dum>³ se publicae aquae cupidius immergit, cum Considio publicano iudicium nactus est. in quo L. Crassus, adversus illum causam agens, errare amicum

¹ *add. Novák*

² suspensa ζ : -ae AL

³ *add. ζ*

BOOK IX

I. OF LUXURY AND LUST

Let Luxury, that cozening evil, which is somewhat more easily denounced than avoided, be introduced into our work, not to receive any honour but so that recognizing herself she may perhaps be impelled to repentance. Let Lust be joined to her, since she arises from the same vicious origins, and let them not be separated either by way of blame or by way of amendment, connected as they are by a twin psychic error.

C. Sergius Orata was the first to make hanging baths. This expense, starting from small beginnings, went nearly so far as suspended seas of hot water. The same, unwilling it would seem to have his appetite subject to the control of Neptune, devised private seas for himself, intercepting the waves by means of inlets and enclosing different shoals of fish with separate dams, so that no weather could be so rough but that Orata's tables abounded in a variety of dishes. He also covered the mouth of the Lucrine lake, hitherto deserted, with spacious, lofty buildings, so as to enjoy the shellfish fresher. Plunging too greedily into public water, he got himself a lawsuit with the contractor Considius, in which L. Crassus, who was appearing against the latter, said that his friend Considius was mistaken in

suum Considium dixit, quod putaret Oratam remotum a lacu cariturum ostreis: namque ea, si inde petere non licuisset, in tegulis reperiturum.

2 Huic nimirum magis Aesopus tragoedus in adoptionem dare filium suum quam bonorum suorum heredem relinquere debuit, non solum perditae sed etiam furiosae luxuriae iuvenem, quem constat cantu commendabiles aviculas immanibus emptas pretiis pro ficedulis ponere, acetoque liquatos magnae summae uniones potionibus aspergere solitum, amplissimum patrimonium tamquam amaram aliquam sarcinam quam celerrime abicere cupientem, quorum alterius senis, alterius adolescentis sectam secuti longius manus porrexerunt: neque enim ullum vitium finitur ibi ubi oritur, inde ab oceani litoribus attracti pisces, inde infusae culinibus arcae censusque⁴ edendi ac bibendi voluptas reperta.

3 Urbi autem nostrae secundi Punici belli finis et Philippus, Macedoniae rex, devictus licentioris vitae fiduciam dedit, quo tempore matronae Brutorum domum ausae sunt obsidere, qui abrogationi legis Oppiae intercedere parati erant, quam feminae tolli cupiebant, quia iis nec veste varii coloris uti nec auri plus semunciam habere nec iuncto vehiculo propius urbem mille passus nisi sacrificii gratia vehi permittebat, et quidem obtinuerunt ut ius per continuos viginti annos servatum aboleretur: non enim

⁴ censusque *Kempf*: censibusque AL

¹ *Ca.* 95 (?), see Münzer, *RE* Sergius 33. Considium will have bought rights in the oyster fisheries from the state.

² Cf. *Hor. Sat.* 2.3.239-42 etc. According to Pliny *N.H.* 9.122,

thinking that Orata would have no oysters if he were away from the lake, for if he could not get them from there he would find them among his rooftiles.¹

The tragic actor Aesopus would surely have done better to have given his son in adoption to Orata rather than leaving him heir to his estate, a young man not merely desperate but frenzied in his extravagance. He is said to have been in the habit of buying little birds in demand for their song at enormous prices and serving them up as beccaficos and of dissolving pearls of great value in vinegar and sprinkling them over drinks, eager to throw away his large patrimony with all possible speed as though it were a galling load.² Following the lead of these two, the old man and the young, people stretched their hands out further. For no vice ends where it begins. So came fish hauled from the shores of Ocean, so money chests poured into kitchens, and so was discovered the pleasure of eating and drinking a fortune.

For our city the end of the Second Punic War and the defeat of king Philip of Macedonia gave confidence for a more untrammelled way of life. At that period the matrons dared to lay siege to the house of the Bruti, who were prepared to veto the repeal of the Oppian law. Women wanted this law annulled because it forbade them to wear multi-coloured dresses or to own more than half an ounce of gold or to ride in a yoked vehicle within a mile of the city except for the purpose of sacrifice. And they did in fact succeed in getting abolished a statute that had been observed for twenty years.³ For the men of that epoch did not foresee to

his procedure with pearls had been anticipated by Cleopatra during her stay in Rome in 46-44. ³ 195: Livy 34.1-8.3 etc.

providerunt saeculi illius viri ad quem cumulum⁵ tenderet insoliti cultus⁶ pertinax studium aut quo se usque effusura esset legum victrix audacia. quod si animi muliebres apparatus intueri potuissent quibus cotidie aliquid novitatis sumptuosius adiectum est, in ipso introitu ruenti luxuriae obstitissent.

Sed quid ego de feminis ulterius loquor, quas et imbecillitas mentis et graviorum operum negata adfectatio omne studium ad curiosiorem sui cultum hortatur conferre, cum temporum superiorum et nominis et animi excellentis⁷ viros in hoc priscae continentiae ignotum deveticulum prolapsos videam, idque iurgio ipsorum pateat?

4 Cn. Domitius L. Crasso collegae suo altercatione orta obiecit quod columnas Hymettias in porticu domus haberet. quem continuo Crassus quanti ipse domum suam aestimaret interrogavit, atque ut respondit 'sexagies sestertio,' 'qu<ant>o⁸ ergo eam' inquit 'minoris fore existimas si decem arbusculas inde succidero?' 'ipso tricies sestertio' Domitius. tunc Crassus: 'uter igitur luxuriosior est, egone, qui decem columnas centum milibus nummum emi, an tu, qui decem arbuscularum umbram tricies sestertii summa compensas?' sermonem oblitum Pyrrhi, immemorem Hannibalis, iamque transmarinorum stipendiorum abundantia oscitantem! et quanto tamen insequentium saeculorum aedificiis et nemoribus angustiozem †quam†⁹ introduxerunt! atqui¹⁰ incohatam a se lautitiam posteris relinquere quam a maioribus acceptam continentiam retinere maluerunt.

⁵ cumulum *Wensky*: cultum AL ⁶ cultus *Eberhard*:
coetus AL ⁷ excellentis *Halm*: -tes AL ⁸ add. ¶
⁹ quam *intra cruces Briscoe* ¹⁰ atqui *Kapp*: -ue AL

what a pitch the insistent urge for unaccustomed finery was leading or how far audacity victorious over the laws would spread. If their minds could have envisaged those feminine displays to which some more expensive novelty has been added every day, they would have blocked the career of extravagance at the very outset.

But why do I speak further of women, who are encouraged by their mental infirmity and the denial of opportunity for serious work to put all their efforts into the refining of their personal adornment, when I see men of earlier times, outstanding both in name and spirit, sliding into this deviation unknown to ancient frugality, and when this is evident from a quarrel between themselves?

Cn. Domitius reproached his colleague L. Crassus with having columns of Hymettian marble in the portico of his house. Crassus immediately asked him how much he considered his own house to be worth. "Six million sesterces," was the reply. "Well then," said Crassus, "how much less do you think it will be worth if I cut down ten of your trees?" "Just three million," said Domitius. "So which of us is the more extravagant, I, that bought ten columns for a hundred thousand or you who balance the shade of ten trees with three million sesterces?"⁴ A conversation oblivious of Pyrrhus, forgetful of Hannibal, already yawning at the abundance of transmarine taxes! And yet how much more restrained than the buildings and groves of subsequent epochs * * * which they introduced! But they preferred to leave to posterity the sumptuousness they initiated rather than the continence they had received from their forebears.

⁴ 92: Pliny *N.H.* 36.7. Crassus and Domitius were Censors.

- 5 Quid enim sibi voluit princeps suorum temporum Metellus Pius, tunc cum in Hispania adventus suos ab hospitibus aris et ture excipi patiebatur? cum Attalicis aulaeis contactos parietes laeto animo intuebatur? cum immanibus epulis apparatusissimos interponi ludos sinebat? cum palmata veste convivia celebrabat, demissasque lacunariibus aureas coronas velut caelesti capite recipiebat? et ubi ista? non in Graecia neque in Asia, quarum luxuria Severitas ipsa corrumpi poterat, sed in horrida et bellicosa provincia, cum praesertim acerrimus hostis Sertorius Romanorum exercituum oculos Lusitanis telis praestringeret: adeo illi patris sui Numidica castra exciderant. patet igitur quam celeri transitu luxuria adfluxerit: nam cuius adulescentia priscos mores vidit, senectus novos orsa est.
- 6 Consimilis mutatio in domo Curionum exstitit, si quidem forum nostrum et patris gravissimum supercilium et filii sescenties sestertium aeris alieni aspexit, contractum famosa iniuria nobilium iuvenum, itaque eodem tempore et in iisdem penetibus diversa saecula habitarunt, frugalissimum alterum, alterum nequissimum.
- 7 P. autem Clodii iudicium quanta luxuria et libidine abundavit! in quo, ut evidenter incesti crimine nocens reus absolveretur, noctes matronarum et adulescentium nobilium magna summa emptae mercedis loco iudiciis erogatae sunt. quo in flagitio tam taetro tamque multiplici nescias primum quem detestere, qui istud corruptelae genus excogitavit, an qui pudicitiam suam sequestrem periuarii fieri passi sunt, an qui religionem stupro permutarunt.

5 88-82: Sall. *Hist.* 2.70 Maurenbrecher; Plut. *Sert.* 13, 22, *Pomp.* 18. 6 Cf. Cic. *Phil.* 2.45f.

7 61: Cic. *Att.* 1.16.5 etc.

For what was Metellus Pius about, the leading man of his time, when in Spain he allowed his comings to be greeted by his hosts with altars and incense? When he gazed happily at walls draped in curtains of cloth of gold? When he permitted elaborate games to be interposed between enormous feasts? When he attended dinners in palm-embroidered garments and received golden garlands let down from the ceilings on his head as though it were divine?⁵ And where all this? Not in Greece or Asia, whose luxury could corrupt Austerity herself, but in a rough, warlike province, and that when a relentless enemy, Sertorius, was dazzling the eyes of Roman armies with Lusitanian spears. So completely had his father's Numidian warfare faded from his mind. Thus it is evident with how swift a passage luxury flowed in; his youth saw the old morals, his old age began the new.

A similar revolution appeared in the house of the Curios. Our Forum saw the father's solemn frown and the son's sixty millions of debt, contracted by infamous outrage upon noble youths. Thus at the same time and in the same residence diverse epochs dwelt, one most frugal, the other most profligate.⁶

With what extravagance and lust did the trial of P. Clodius abound! In it, to the end that a defendant manifestly guilty of the charge of impurity might be acquitted, nights of married women and young noblemen were bought for a great sum and paid out as bribes to members of the jury.⁷ In this abominable and manifold outrage it is hard to know which to execrate first, him who devised this form of corruption, those who allowed their chastity to become a bribery agent for perjury, or those who bartered their oath for illicit sex.

8 Aequè flagitiosum illud convivium, quod Gemellus, tribunicius viator, ingenui sanguinis sed officii intra servilem habitum deformis, Metello Scipioni consuli ac tribuni plebis magno cum rubore civitatis comparavit: lupanari enim domi suae instituto, Muciam¹¹ et Fulviam,¹² cum a patre tum a viro utramque inclitam,¹³ et nobilem puerum Saturninum in eo prostituit. probrosae patientiae corpora, ludibrio temulentae libidini futura! epulas consuli¹⁴ et tribunis non celebrandas sed vindicandas!

9 Verum praecipue Catilinae libido scelestae: nam vesano amore Aureliae Orestillae correptus, cum unum impedimentum videret quominus nuptiis inter se iungerentur filium suum, quem et solum et aetate iam puberem habebat, veneno sustulit, protinusque ex rogo eius maritalem facem accendit ac novae maritae orbitatem suam loco muneris erogavit. eodem deinde animo civem gerens quo patrem egerat, filii pariter manibus et nefarie attemptatae patriae poenas dedit.

¹¹ Muciam ⚭: Muniam AL

¹² Fulviam ⚭: Fluviam A: Flaviam LG, A corr.

¹³ inclitam ⚭: victoriam* AL

¹⁴ consuli Kempf: -ibus AL

⁸ 52: Mucia was the daughter of Scaevola Augur and had been married to Pompey. Fulvia's father was a nobody (Cic. *Phil.* 3.16), and modern belief in his nobility is a mistake (SB, *Onomasticon to Cicero's Speeches*, 51), but she had a string of notorious husbands: Clodius, Curio, and Mark Antony; on her grandfather, the crazy Tuditanus, see VM 7.8.1. This is more than can be said about "Munia" and "Flavia" of the manuscripts.

Equally outrageous was the banquet which Gemellus, a tribunician messenger free by birth but by employment base below servile condition, prepared for Consul Metellus Scipio and the Tribunes of the Plebs to the signal shame of the community. He set up a brothel in his house and in it as prostitutes Mucia and Fulvia,⁸ both famous through their fathers and husbands, and a boy of noble birth, Saturninus.⁹ Bodies infamously patient, destined to be playthings for drunken lust! Feast for a Consul and Tribunes not to attend but to punish!

But especially criminal was the lust of Catiline. Seized with an infatuation for Aurelia Orestilla, he saw his son, an only child already past puberty, as the only obstacle to their union in marriage. He removed the lad by poison, kindling the nuptial torch from his pyre and offering his own childlessness as a gift to his new bride.¹⁰ Then playing citizen in the same spirit as he had played father, he paid penalty equally to the shades of his son and to the country he had wickedly assailed.

⁹ Sentius, not Appuleius; see SB⁴, p. 10; fog, however, lingers, witness Briscoe's index: "Cn. (?Appuleius) Saturninus." The Sentii were not noble as yet (neither for that matter were the Appuleii), but the boy was grandson of C. Sentius, Praetor in 94 (or possibly his brother): see Cic. (*Caelius*) *Fam.* 8.14.2 with commentary. More important perhaps, the Sentii became very prominent under Augustus (with whom they had a minor family connection) and his successors, especially the redoubtable Cn. Saturninus, Consul in 19 B.C. One could not expect Valerius to be overcareful on such a point (cf. VM 6.4.2). The proscribed Sentius Saturninus Vetulo of VM 7.3.9 may have been Gnaeus' father and the "noble boy" his younger brother.

¹⁰ Cic. *Catil.* 1.14, Sall. *Cat.* 15.2f., App. *B.C.* 2.2.

ext. 1 At Campana luxuria perquam utilis nostrae civitati fuit: invictum enim armis Hannibalem illecebris suis complexa vincendum Romano militi tradidit. illa vigilantissimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundantia vino, unguentorum fragrantia, veneris usu lasciviore ad somnum et delicias evocavit. ac tum demum fracta et contusa Punica feritas est, cum Seplasia ei <et>¹⁵ Albana castra esse coeperunt. quid iis ergo vitiis foedius, quid etiam damnosius, quibus virtus atteritur, victoriae relanguescunt, sopita gloria in infamiam convertitur, animique pariter et corporis vires expugnantur, adeo ut nescias ab hostibusne an¹⁶ ab illis capi perniciosius habendum sit?

ext. 2 Quae etiam Volsiniensium urbem gravibus et erubescendis cladibus implicaverunt. erat opulenta, erat moribus et legibus ordinata, Etruriae caput habebatur: sed postquam luxuria prolapsa est, in profundum iniuriarum et turpitudinis decidit, ut servorum se insolentissimae dominationi subiceret. qui primum¹⁷ admodum pauci senatorium ordinem intrare ausi, mox universam rem publicam occupaverunt, testamenta ad arbitrium suum scribi iuebant, convivia coetusque ingenuorum fieri vetabant, filias dominorum in matrimonium ducebant. postremo lege sanxerunt ut stupra sua in viduis pariter atque nuptis impunita essent, ac ne qua virgo ingenuo nuberet cuius castitatem non ante ex numero ipsorum aliquis delibasset.

¹⁵ *add. A corr.* ¹⁶ *-busne an A corr., G: -bus nec AL*

¹⁷ *primum S: -mi AL*

EXTERNAL

Campanian luxury was highly advantageous to our community, for embracing Hannibal, undefeated in arms, in its seductions, it handed him over for defeat to the soldiers of Rome. It lured a very vigilant general and a very brave army with lavish feasts, abundant wine, the fragrance of unguents, and unrestrained sexual indulgence into sleep and enjoyment. Punic savagery was broken and battered at last when Seplasia and Albana became its camps.¹¹ So what can be fouler, what more ruinous than those vices, by which manliness is worn away, victories grow languid, glory falls asleep and turns into disgrace, the forces alike of mind and body are destroyed? So much so that it is a question whether capture by enemies or by these should be accounted the more pernicious.

They involved the city of Volsinii too in grievous and shameful calamities. It was rich, well organized in manners and laws, regarded as the capital of Etruria. But after it degenerated with luxury, it fell into an abyss of outrage and turpitude ending in subjection to the insolent rule of slaves. At first quite a small number of these dared to enter the senatorial order, presently they took over the entire commonwealth, had wills written at their pleasure, forbade the freeborn to meet for dinner or otherwise, took their masters' daughters to wife. Finally they made it law that their rapes of widows and wives alike should go unpunished and that no virgin should marry a free man who had not first been deflowered by one of their number.¹²

¹¹ 216-15: Livy 23.18.10-16 etc.

¹² These happenings can be placed in the first half of the third century (Radke, *RE IX A 843-44*): Flor. 1.16 etc.

ext. 3 Age, Xerxes opum regiarum ostentatione eximia eo usque luxuria gaudens ut edicto praemium ei proponeret qui novum voluptatis genus repperisset, quanta, dum deliciis nimi*<i>s*¹⁸ capitur, amplissimi imperii ruina evasit!

ext. 4 Antiochus quoque, Syriae rex, nihilo continentioris exempli. cuius caecam et amentem luxuriam exercitus imitatus magna ex parte aureos clavos crepidis subiectos habuit, argenteaque vasa ad usum culinae comparavit, et tabernacula textilibus sigillis adornata statuit, avaro potius hosti praeda optabilis quam ulla ad vincendum strenuo mora.

ext. 5 Nam Ptolomaeus rex accessio vitiorum suorum vixit, ideoque Physcon appellatus est. cuius nequitia quid nequius? sororem natu maiorem communi fratri nuptam sibi nubere coegit. postea deinde filia eius per vim stuprata ipsam dimisit, ut vacuum locum nuptiis puellae faceret.

ext. 6 Consentaneus igitur regibus suis gentis Aegyptiae populus, qui ductu Archelai adversus A. Gabinium moenibus urbis egressus, cum castra vallo atque fossa cingere iuberetur, universus succlamavit ut id opus publica pecunia faciendum locaretur. quapropter deliciis tam enerves animi spiritum exercitus nostri sustinere non potuerunt.

ext. 7 Sed tamen effeminator multitudo Cypriorum, qui reginas suas mulierum corporibus velut gradibus constructis, quo mollius vestigia pedum ponerent, currus

¹⁸ *add. A corr.*

¹³ Cic. *Tusc.* 5.20. The story is also told of Darius Codomannus and Persian kings generally.

Then Xerxes. In the extravagant ostentation of royal wealth he so revelled in luxury that he published an edict offering a reward to anyone who discovered a new sort of pleasure. A prisoner to excessive enjoyment, what ruin he brought upon his vast empire!¹³

Antiochus too, king of Syria, set an example no whit more continent. His army in imitation of his blind, frantic luxury in great part had gold hobnails under their sandals, acquired silver kitchen utensils, and set up tents decorated with tapestries—welcome plunder for a greedy enemy rather than any obstacle to victory for a brisk one.¹⁴

King Ptolemy lived as an adjunct to his vices, hence he was called Physcon. What could be more profligate than his profligacy? He forced his elder sister, who was married to their common brother, to marry him. Later, after raping her daughter, he divorced her to make room to marry the girl.¹⁵

The Egyptian people was of a piece with its kings. Under the leadership of Archelaus they came out of their city walls to fight A. Gabinius, but when ordered to surround their camp with a rampart and ditch, they cried out in a body that the work should be contracted out at public expense. So minds thus enervated by pleasure could not hold up against the spirit of our army.¹⁶

More effeminate, however, was the multitude of the Cypriots, who calmly tolerated that their queens should mount chariots on the bodies of women piled up like steps,

¹⁴ 131, of Antiochus VII Sidetes: Justin 38.10.

¹⁵ 142: Livy *Per.* 59, Justin 38.8. Φύσκων = pot-belly.

¹⁶ 55: see Broughton II.218.

conscendere aequo animo sustinebant: viris enim, si modo viri erant, vita carere quam tam delicato imperio obtinere satius fuit.

2. DE CRUDELITATE

praef.

Haec societas vitiorum lascivi vultus et novae cupiditati inhaerentium oculorum ac delicato cultu adfluens perque varios illecebrarum motus volitantis animi: Crudelitas vero horridus habitus, truculenta species, violenti spiritus, vox terribilis, omnia minis et cruentis imperiis referta. cui silentium donare crementum est adicere: <et>enim¹⁹ quem modum sibi ipsa statuet, si ne suggillationis quidem frenis fuerit revocata? ad summam, cum penes illam sit timeri, penes nos sit odisse.

1 L. Sulla, quem neque laudare neque vituperare quisquam satis digne potest, quia, dum quaerit victorias, Scipionem [se]²⁰ populo Romano, dum exercet, Hannibalem repraesentavit—egregie namque auctoritate nobilitatis defensa crudeliter totam urbem atque omnes Italiae partes civilis sanguinis fluminibus inundavit—quattuor legiones contrariae partis fidem suam secutas in publica villa nequiquam fallacis dexteræ misericordiam implorantes obtruncari iussit. quarum lamentabiles quiritatus trepidæ civitatis aures receperunt, lacerata ferro corpora Tiberis impatiens tanti oneris cruentatis aquis vehere est coactus. quinque milia Praenestorum, spe salutis per P. Cethegum data, extra moenia municipii evocata, cum abiectis

¹⁹ *add.* ζ ²⁰ *del.* *Madvig*

¹⁷ Athen. 256d.

so that they should place their footsteps more softly.¹⁷ As for the men, if men they were, it would have been better for them to lose life rather than obey so luxurious a regime.

2. OF CRUELTY

This partnership of vices has a lewd countenance and eyes fixed on novel desire and a mind overflowing with dainty living and wallowing in various motions of enticement. Cruelty on the other hand has a rough make-up, a fierce appearance, violent breathings, a voice of terror, everything filled with threats and bloody commands. To grant her silence is to add increase. For what limit will she set herself if she be not recalled even by the bridle of rebuke? In sum, if it is her prerogative to be feared, let it be ours to hate.

No one can either praise or blame L. Sulla as he deserved. In seeking his victories he presented a Scipio to the Roman people, in using them a Hannibal. For after laudably defending the authority of the nobility he cruelly swamped all Rome and every part of Italy with rivers of civil blood. He ordered four legions on the opposing side, which had taken his word, to be cut down in the Villa Publica on the Campus Martius as they vainly implored the mercy of his perfidious right hand. The ears of the trembling community took in their lamentable cries and Tiber, impatient of so great a burden, was forced to carry their sword-torn bodies with his bloodstained waters. Five thousand men of Praeneste were lured outside the walls of their township by hope of quarter given through P. Cethegus. When they had thrown away their arms and

armis humi corpora prostravissent, interficienda protinusque per agros dispergenda curavit. quattuor milia et septingentos dirae proscriptionis edicto iugulatos in tabulas publicas rettulit, videlicet ne memoria tam praeclarae rei dilueretur. nec contentus in eos saevire qui armis a se dissenserant, etiam quieti animi cives propter pecuniae magnitudinem per nomenclatorem conquisitos proscriptorum numero adiecit. adversus mulieres quoque gladios destrinxit, quasi parum caedibus virorum satiatus. id quoque inexplebilis feritatis indicium est: abscisa miserorum capita modo non vultum ac spiritum retinentia in conspectum suum adferri voluit, ut oculis illa, quia ore nefas erat, manderet. quam porro crudeliter se in M. Mario praetore gessit! quem per ora vulgi ad sepulcrum Lutatae gentis pertractum non prius vita privavit quam oculos infelicis²¹ erueret et singulas corporis partes confringeret. vix mihi veri similia narrare videor: at ille etiam M. Plaetorium, quod ad eius supplicium exanimis ceciderat, continuo ibi mactavit, novus punitor misericordiae, apud quem iniquo animo scelus intueri scelus admittere fuit. sed mortuorum umbris saltem pepercit? minime: nam C. Marii, cuius, etsi postea hostis, quaestor tamen aliquando fuerat, erutos cineres in Anienis²² alveum sparsit. en quibus actis felicitatis nomen adserendum putavit!

2 Cuius tamen crudelitatis C. Marius invidiam levat:

²¹ infelicis A corr.: -ces AL

²² Anienis ∇: amnis AL: amnis Anienis cont. *Briscoe*

182. Sulla's cruelties are extensively reported (Broughton II.69), except in the case of Plaetorius, the details of which are found only here.

prostrated their bodies on the ground, Sulla had them killed and forthwith scattered over the countryside. Four thousand seven hundred were slaughtered by an edict of dire proscription; he entered them in public records, presumably to make sure that the memory of so splendid a feat should not be washed away. Not content with savaging those who had fought against him, he added even peace-loving citizens to the number of the proscribed on account of their wealth, searching them out through a nomenclator. He drew swords even against women, as though the slaughter of men was not enough for him. Another sign of insatiable savagery: he had the severed heads of the victims, still all but retaining expression and breath, brought into his presence, so that he could chew them with his eyes, since it was forbidden to do it with his mouth. How cruelly, moreover, he behaved in the case of Praetor M. Marius! He had him dragged before the eyes of the populace to the tomb of the Lutatian clan and did not take his life away before he gouged out the wretched man's eyes and broke his body limb by limb. I feel I am narrating the barely believable: he actually slew M. Plaetorius on the spot because he had fainted away at Marius' execution, a novel chastiser of pity, with whom to look upon a crime reluctantly was to commit one. But at least he spared the shades of the dead? Far from it. He dug up the ashes of C. Marius, whose Quaestor he had once been though afterwards, his enemy, and scattered them over the channel of the Anio. Such were the acts by which he thought it proper to claim the name of "Fortunate."¹

However, the hatred we feel for his cruelty is mitigated

nam et ille nimia cupiditate persecuendi inimicos iram suam nefarie destrinxit, C. Caesaris consularis et censorii nobilissimum corpus ignobili saevitia trucidando, et quidem apud seditiosissimi et abiectissimi hominis bustum: id enim malorum miserrimae tunc rei publicae deerat, ut Vario Caesar piaculo caderet, paene tanti victoriae eius non fuerunt, quarum oblitus plus criminis domi quam laudis in militia meruit, idem caput M. Antonii abscisum laetis manibus inter epulas per summam animi ac verborum insolentiam aliquamdiu tenuit, clarissimique et civis et oratoris sanguine contaminari mensae sacra passus <est>,²³ atque etiam P. Annium, qui id attulerat, in sinum suum recentis caedis vestigiis aspersum recepit.

3 Damasippus nihil laudis habuit quod corrumperet, itaque memoria eius licentiore accusatione perstringitur, cuius iussu principum civitatis capita hostiarum capitibus permixta sunt, Carbonisque Arvinae truncum corpus patibulo adfixum gestatum est. adeo aut flagitiosissimi hominis

²³ *add. Per.*

² The Consul and Censor was L. Caesar (cos. 90, cens. 89), not his younger brother Gaius (aed. cur. 90), but the latter is likely to be intended, as particularly obnoxious to Marians: his clash with Sulpicius Rufus in 88 in Asconius' view (25.7 Clark) was the cause of the civil war. Varius was condemned under his own law and went into exile; according to H. Gundel (*RE* VIII A 388.18) he died in exile. But on Valerius' showing here he must have been brought back to Rome (presumably by Sulla in 88) and executed there, which seems in line with Cicero's statement (*Nat. deor.* 3.81) that he was put to death in a most painful manner. Nobody but Valerius, however, says anything about Caesar's slaughter at

by C. Marius. For he too wreaked his wrath wickedly in his overeagerness to pursue his enemies, butchering with ignoble ferocity the noble body of C. Caesar, ex-Consul and ex-Censor, and that at the tomb of a thoroughly base and seditious individual. For only this calamity was then wanting to the hapless commonwealth, that Caesar should fall as an expiatory offering to Varius. Marius' victories almost cost too dear. Forgetful of them, he deserved more blame at home than praise in the field. He also held the severed head of M. Antonius for some time between his exultant hands at dinner, in gross insolence of mind and words, and allowed the rites of the table to be polluted with the blood of an illustrious citizen and orator. And he even took to his bosom P. Annium, who had brought it, bespattered as he was with the marks of recent slaughter.²

Damasippus had no glory to spoil, so his memory is scored with more outspoken indictment. By his orders the heads of leaders of the community were mingled with the heads of sacrificial victims and the mutilated body of Carbo Arvina was borne around fastened to a gibbet.³ So

the tomb. Florus in a corrupt passage (2.9.14), followed by Augustine *Civ. Dei* 3.27, seems to say that the Caesars were killed in their homes. Their severed heads were displayed on the rostra (Cic. *De orat.* 3.10; cf. *Tusc.* 5.55, *Livy Per.* 80). The parallel with Marius Gratidianus' torture and death at the tomb of Catulus, mentioned in the preceding section, can hardly be coincidence if Valerius' story is true; rather a deliberate tit-for-tat. Even after E. Badian's discussion in "Quaestiones Variarum," *Historia* 18 (1969).447-91 (see 463-65), which makes some good points but overlooks Valerius, the matter remains problematic. On Antonius: *Flor.* 2.9.14 etc. Cf. *VM* 8.9.2.

³ 82: *App. B.C.* 1.88 etc.

praetura multum aut rei publicae maiestas nihil potuit.

- 4 Munatius etiam Flaccus, Pompeiani nominis acrior quam probabilior defensor, cum ab imperatore Caesare in Hispania inclusus moenibus Ateguensium obsideretur, efferatam crudelitatem suam truculentissimo genere vesaniae exercuit: omnes enim eius oppidi cives quos studiosiores Caesaris senserat iugulatos muris praecipitavit. feminas quoque, citatis nominibus virorum qui in contrariis castris erant, ut caedes coniugum suarum cernerent, maternis²⁴ gremiis superpositos liberos trucidavit. infantes alios in conspectu parentum humo infligi, alios superiactatos pilis excipi iussit. quae auditu etiam intolerabilia Romano iussu Lusitanis manibus administrata sunt, cuius gentis praesidio Flaccus vallatus divinis opibus vecordi pertinacia resistebat.

- ext. 1 Transgrediemur nunc ad illa quibus, ut par dolor, ita nullus nostrae civitatis rubor inest. Carthaginienses Atilium Regulum palpebris resectis machinae, in qua undique praecuti stimuli eminebant, inclusum vigilantia pariter et continuo tractu doloris necaverunt, tormenti genus indignum²⁵ passo, auctoribus dignissimum. eadem usi crudelitate milites nostros [quos]²⁶ maritimo certamine in suam potestatem redactos navibus substraverunt, ut earum carinis ac pondere elisi inusitata ratione mortis barba-

²⁴ add. A corr.

²⁵ indignum A corr., G: addig- AL: haud dig- A in marg.

²⁶ quos* om.- ̄: aliquos Watt⁴

powerful was the Praetorship of a miscreant or so powerless the majesty of the commonwealth.

Munatius Flaccus too, a more zealous than respectable defender of the Pompeian name, vented his savage cruelty in a most brutal form of madness when general Caesar shut him inside the town of the Ateguenses in Spain. For he butchered all the citizens of that place whom he had thought were favouring Caesar and flung them from the walls. He also slaughtered women, proclaiming the names of their husbands who were in the opposing camp, so that these should see the murder of their wives, likewise children in their mothers' lap. He ordered infants to be dashed on the ground in sight of their parents, others to be impaled on javelins.⁴ These atrocities, intolerable even in the hearing, were carried out on Roman order by Lusitanian hands. Guarded by a force of that nation, Flaccus resisted divine power with frantic obstinacy.

EXTERNAL

We shall now pass to actions equally painful but containing nothing to shame our community. The Carthaginians cut off Atilius Regulus' eyelids, shut him in a machine in which sharp points stood out from all angles, and killed him from lack of sleep and extension of pain, a torture undeserved by the sufferer but richly deserved by its authors.⁵ With the same cruelty they strewed our men who had fallen into their hands in a naval engagement under ships to be crushed by the weight of the keels, satiating their barbarous savagery by the extraordinary manner of

⁴ 45: to very different effect *Bell. Hisp.* 19.4, *Front. Strat.* 3.14.1, *Dio* 43.33.4-34. Perhaps some confusion.

⁵ Cf. VM 1.1.14.

ram feritatem satiarent, taetro facinore pollutis classibus ipsum mare violaturi.

ext. 2 Eorum dux Hannibal, cuius maiore ex parte virtus saevitia constabat, in flumine <Ver>gello²⁷ corporibus Romanis ponte facto exercitum transduxit, ut aequae terrestrium scelestum Carthaginensium copiarum ingressum²⁸ Terra quam maritimarum Neptunus experiretur. idem captivos nostros oneribus et itinere fessos [iam] prima²⁹ pedum parte succisa relinquebat. quos vero in castra perduxerat, paria fere fratrum et propinquorum iungens ferro discernere cogebat, neque ante sanguine explebatur quam ad unum victorem omnes redegisset. iusto ergo illum [odia]³⁰ verum tamen tardo supplicio senatus, Prusiae regis factum supplicem, ad voluntariam mortem compulsi.

ext. 3 Tam hercule quam Mithridatem regem, qui una epistula octoginta milia civium Romanorum in Asia per urbes negotiandi gratia dispersa interemit, tantaeque provinciae hospitales deos iniusto sed non inulto cruore respersit, quoniam cum maximo cruciati veneno repugnantem spiritum suum tandem succumbere coegit simulque piacula crucibus illis dedit, quibus [illos]³¹ amicos suos auctore Gauro spadone, libidinosus obsequio, scelestus imperio adfecerat.

ext. 4 Zisemis, Diogyridis filii, Thraciae regis, etsi minus ad-

²⁷ add. *Parrhasius ex Flor.*: Gello* LG: Gallo A

²⁸ ingressum *Madvig*: eg* AL

²⁹ prima SB: iam p- AL: iam P: ima Gertz

³⁰ del. Gertz: credo Watt¹

³¹ del. Kempf: fidos Watt⁴

⁶ Varro, *Vit. pop. Rom.* Riposati, fr. 98.

their death. With fleets polluted by the foul deed they would violate the very sea.⁶

Their leader Hannibal, whose prowess mainly consisted in ferocity, made a bridge over the river Vergellus with Roman bodies and led his army across it, so that Earth suffered an advance of Carthaginian land forces as criminal as that which Neptune had of their sea forces. He further used to cut off the forepart of our prisoners' feet when they were weary with marching under loads and so left them. Those he brought into camp he would make fight in pairs, mostly pitting brothers and kin against each other, and did not get his fill of blood before he had reduced them all to one victor.⁷ So the senate's hatred of him was just but their vengeance was slow when as a suppliant of king Prusias they forced him to commit suicide.⁸

So too to be sure with king Mithridates. With one letter he killed eighty thousand Roman citizens, businessmen dispersed among the cities of Asia, and bespattered that great province's gods of hospitality with blood unlawful but not unavenged.⁹ For in great pain he finally forced his reluctant breath to yield to poison¹⁰ and at the same time expiated those crosses with which he had afflicted friends of his at the instance of the eunuch Gaurus.¹¹ lustful in compliance, criminal in command.

The cruelty of Zisemis,¹² son of Diogyris, king of

⁷ Cf. Pliny *N.H.* 8.18, Flor. 1.22.18: "Wretched inventions which furnish their own refutation" (Mommson).

⁸ 183: Livy 39.51 etc. ⁹ 88: App. *Mithr.* 22f. etc.

¹⁰ 63: see Geyer, *RE* XV.2197. ¹¹ Not mentioned elsewhere. ¹² Zibelmios in Diodor. 34/35.12. The time is after mid-second century (*RE* Zibelmios).

mirabilem crudelitatem gentis ipsius feritas, narrandam tamen rabies saevitiae facit, cui neque vivos homines medios secare neque parentes liberorum vesci <cogere>³² corporibus nefas fuit.

ext. 5 Iterum Ptolomaeus Physcon emergit, paulo ante libidinosa amentiae taeterrimum exemplum, idem inter praecipua crudelitatis indicia referendus: quid enim hoc facto truculentius? filium suum nomine Memphiten, quem ex Cleopatra, eadem sorore et uxore, sustulerat, liberalis formae, optimae spei puerum, in conspectu suo occidi iussit, protinusque caput eius et manus³³ et pedes praecisos in cista chlamyde opertos pro munere natalicio matri misit, perinde quasi ipse cladis quam illi inferebat expers, ac non infelior, quod in communi orbitate Cleopatram miserabilem cunctis, se invisum reddiderat. adeo caeco furore summa quaeque effervescit crudelitas, cum munimentum ex se ipsa repperit: nam cum animadverteret quanto sui odio patria teneretur, timori remedium scelere petivit, quoque tutius plebe trucidata regnaret, frequens iuventute gymnasium armis et igni circumdedit, omnesque qui in eo erant partim ferro, partim flamma necavit.

ext. 6 Ochus autem, qui postea Dareus appellatus est, sanctissimo Persis iure iurando obstrictus ne quem ex coniuratione quae septem magos cum eo oppresserat aut veneno aut ferro aut ulla vi aut inopia alimentorum necaret, cru-

³² add. *Madvig, duce Kempf*

³³ et manus *hic SB: post praecisos AL*

Thrace, is less surprising in view of the savagery of the nation itself, but his rabid ferocity makes it worthy of narration. He did not balk at cutting living men in half and forcing parents to feed upon their children's bodies.

Once more Ptolemy Physcon crops up, recently¹³ a foul example of lustful madness, but also to be mentioned among the prime revelations of cruelty. For what could be more brutal than this act of his? He had his acknowledged son by Cleopatra, both his sister and his wife, a handsome boy of the fairest promise, Memphites by name, put to death before his eyes and then sent his severed head and hands and feet covered with a mantle in a box as a birthday gift to his mother¹⁴—as though he himself had no share in the calamity that he was inflicting upon her, as though he was not the more unhappy of the two in that in their common bereavement he had made Cleopatra an object of compassion to all, himself an object of hate. Such is the blind madness in which the ultimate in cruelty boils over, finding its bulwark in itself. For since he perceived how much his country hated him, he sought a remedy for fear in crime, and so that he might reign more safely after massacring the populace he surrounded a gymnasium full of young men with arms and fire and killed all who were inside partly by steel, partly by the flames.

Ochus, who was afterwards called Darius, had bound himself by an oath most sacred to the Persians not to kill any one of his accomplices in the suppression of the seven magi either by poison or steel or any violence or lack of

¹³ VM 9.1.ext.5.

¹⁴ 129: cf. Diodor. 34/35.14, Justin 38.8.

deliorem mortis rationem excogitavit, qua onerosos³⁴ sibi non perrupto vinculo religionis tolleret: saeptum enim altis parietibus locum cinere complevit, superpositoque tigno prominente benigne cibo et potione exceptos in eo collocabat, e quo somno sopiti in illam insidiosam congeriem decidebant.

ext. 7 Apertior et taetrior alterius Ochi cognomine Artaxerxis crudelitas, qui Atossam³⁵ sororem atque eandem socrum vivam capite defodit, et patrum cum centum amplius filiis ac nepotibus vacua area destitutum iaculis confixit, nulla iniuria lacesitus, sed quod in iis maximam apud Persas probitatis et fortitudinis laudem consistere videbat.

ext. 8 Consimili genere aemulationis instincta, civitas Atheniensium indigno gloriae suae decreto Aeginensium iuventuti pollices abscidit, ut classe potens populus in certamen maritimarum virium secum descendere nequiret. non agnosco Athenas timori remedium a crudelitate mutantes.

ext. 9 Saevus etiam ille aenei tauri inventor, quo inclusi subditis ignibus longo et abdito cruciatu mugitus resonantem spiritum edere cogebantur, ne eiulatus eorum humano sono vocis expressi Phalaridis tyranni misericordiam

³⁴ onerosos *Pighius*: hos ustos* LG: hostustos A; Br

³⁵ Atossam *Rumpf*: otiosam AL

¹⁵ Errors compounded: "Ochus, afterwards called Darius" (i.e. Darius II, reigned 424/3–405) is confused with Darius I, son of Hydaspes. The number seven seems to reflect the latter and his six co-conspirators who overthrew the magi (cf. VM 3.2, ext. 2, 7.3, ext. 2).

food.¹⁵ He therefore devised a more cruel method of death whereby he might remove those burdensome to himself without violating the religious constraint. He filled a space fenced in by high walls with ashes and placed above them a protruding beam on which he put his victims after plying them with food and drink. From it they fell in their sleep on to the treacherous heap.¹⁶

More open and abominable was the cruelty of the other Ochus, surnamed Artaxerxes,¹⁷ who buried his sister (also his mother-in-law) Atossa alive head downward and killed with darts his uncle along with more than a hundred sons and grandsons, left at his mercy in an empty space; not provoked by any injury but because he saw that they had a great name among the Persians for uprightness and bravery.

Prompted by a similar sort of jealousy the Athenian community by a decree unworthy of its glory cut off the thumbs of the young men of Aegina, so that her people, which had a powerful navy, should not be able to come to a contest of maritime strength with themselves.¹⁸ I do not recognize an Athens that would borrow a remedy for fear from cruelty.

Savage too was that inventor of the bronze bull in which men were shut and fires lit underneath, so that they were forced by long and hidden torture to give out breath producing a sound like lowing, lest their howls extorted in the sound of the human voice should implore the pity of the

¹⁶ Ov. *Ibis* 315f. The ashes were presumably hot.

¹⁷ Reigned 358–38: cf. Justin 10.3.1, Curt. 10.5.23.

¹⁸ (?) Cic. *Off.* 3.46 (see Dyke); Plut. *Lys.* 9, Aelian *Var. hist.* 2.9. It is nowhere stated that the decree was put into effect.

implorare possent. quam quia calamitosis deesse voluit, taeterrimum artis suae opus primus inclusus merito auspicatus est.

ext. 10 Ac ne Etrusci quidem parum feroces in poena excogitanda, qui vivorum corpora cadaveribus adversa adversis alligata atque constricta, ita ut singulae membrorum partes singulis essent accommodatae, tabescere simul patiebantur, amari vitae pariter ac mortis tortores.

ext. 11 Sicut illi barbari, quos ferunt mactatarum pecudum intestinis et visceribus egestis homines inserere, ita ut capitibus tantummodo emineant, quoque diutius poenae sufficiant, cibo et potione infelicem spiritum prorogare, donec intus putrefacti laniatui sint animalibus quae tabidus in corporibus nasci solent.

Queramus nunc cum Rerum Natura quod nos multis et asperis adversae valetudinis incommodis obnoxios esse voluerit, habitumque caelestis roboris humanae conditioni denegatum moleste feramus, cum tot cruciatus sibimet ipsa mortalitas impulsu crudelitatis excogitaverit.

3. DE IRA AUT ODIO

praef. Ira quoque aut odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant, procursu celerior illa, nocendi cupidine hoc pertinacius, uterque consternationis plenus adfectus ac numquam sine tormento sui violentus, quia dolorem, cum inferre vult, patitur, amara sollicitudine ne non contingat ultio anxius. sed proprietatis eorum certissimae

¹⁹ *Ca.* 560: Pind. *Pyth.* 1.95f., Callim. *Aetia* fr. 46 etc. The inventor's name was Perilauus (Perillus in Latin sources).

²⁰ *Cic. Hort.* fr. 95, Mueller, *Virg. Aen.* 8.485-88.

tyrant Phalaris. That pity he did not wish the unfortunates to have, so he was the first to be shut in, deservedly inaugurating the horrible product of his skill.¹⁹

Nor did the Etruscans lack ferocity in devising punishment. They bound and clamped the bodies of the living to corpses, face to face, fitting the several parts of their limbs each to each, and let them rot together, harsh tormentors of life and death alike.²⁰

Just like those barbarians who are said to sew men into slaughtered cattle after removing the bowels and inner organs so that only their heads emerge; and in order that they may the longer withstand the punishment, they extend their miserable lives with food and drink until they rot inside and are left for tearing by the creatures that come to birth in putrifying bodies.²¹

Let us now take issue with the Nature of Things because she has wished us exposed to the many harsh ordeals of ill health and grumble that a sturdy celestial constitution has been denied to our human state, when mortality has itself devised so many tortures for mortality under the impulse of cruelty.

3. OF ANGER OR HATRED

Anger too and hatred raise mighty waves in human hearts. The former is swifter in the outbreak, the latter more persistent in desire to harm. Either emotion is full of confusion and never fails in its violence to torment itself, because it suffers hurt when it would fain inflict it, uneasy in painful anxiety lest it fail of vengeance. But there are

²¹ Not found elsewhere.

sunt imagines, quas <di>³⁶ ipsi in claris personis aut dicto aliquo aut facto vehementiore conspici voluerunt.

1 Cum adversus Hasdrubalem Livius Salinator bellum gesturus urbe egrederetur, monente Fabio Maximo ne ante descenderet in aciem quam hostium vires animumque cognosset, primam occasionem pugnandi non omissurum se respondit, interrogatusque ab eodem quid ita tam festinanter manum conserere vellet, 'ut quam celerissime' inquit 'aut gloriam ex hostibus victis aut ex civibus prostratis gaudium capiam.' ira tunc et³⁷ virtus sermonem eius inter se dividerunt, illa iniustae damnationis memor, haec triumphii gloriae intenta. sed nescio an eiusdem fuerit hoc dicere et sic vincere.

2 Ardentis spiritus virum et bellicis operibus adsuetum huc iracundiae stimuli egerunt. C. autem Figulum mansuetissimum, pacato iuris civilis studio³⁸ celeberrimum, prudentiae moderationisque immemorem reddiderunt: consulatus enim repulsae dolore accensus, eo quidem magis quod illum bis patri suo datum meminerat, cum ad eum postero comitiorum die multi consulendi causa venissent, omnes dimisit, praefatus [omnes]³⁹ 'consulere scitis, consulem facere nescitis?' dictum graviter et merito, sed tamen aliquanto melius non dictum: nam quis populo Romano irasci sapienter potest?

3 Itaque ne illi quidem probandi, quamvis factum eorum nobilitatis splendore protectum sit, qui, quod Cn. Flavius

³⁶ dii A corr.: om. AL ³⁷ et ¶: aut* AL

³⁸ studio Certz: iudicio AL

³⁹ secl. SB: an vos P: an nos ¶

¹ 207: Livy 27.40.8f. Cf. VM 2.9.6b.

sure images of their peculiar nature which the gods themselves have wished to be visible in famous personages through some passionate speech or act.

When Livius Salinator was leaving Rome to wage war against Hasdrubal, Fabius Maximus warned him not to go into battle before he had acquainted himself with the enemy's power and morale. Livius replied that he would not let slip the first opportunity to fight. When Fabius asked him why he was in such a hurry to engage, he answered: "So that I get either glory from the defeated enemy or joy from countrymen laid low as quickly as possible." Anger and valour divided his words between them, one remembering an unjust condemnation, the other intent on the glory of a triumph. But I do not know whether this to speak and thus to conquer belonged to the same individual.¹

So far did the goads of wrath drive a man of ardent spirit, familiar with warfare. But C. Figulus was of the mildest temper, very well known from his peaceable pursuit of civil law, and they made him forget good sense and moderation. He was bitterly hurt by his rejection for the Consulship, all the more because he remembered that his father had been given the office twice.² The day after the election when many came to consult him he dismissed them all with the words, "You know how to consult me, don't you know how to make me Consul?" A weighty saying and deserved, and yet rather better not said. For who can wisely be angry with the Roman people?

So the following too are not to be approved of, though what they did was defended by the lustre of nobility: those who in dudgeon because Cn. Flavius, a man of the lowest

² For 162 and 156. The son is found only here.

humillimae quondam sortis praeturam adeptus erat offensi, anulos aureos sibimet ipsis et phaleras equis suis detractas abiecerunt, doloris impotentiam tantum non luctu professo testati.

4 Talis irae motus aut singulorum aut paucorum adversus populum universum: multitudinis erga principes ac duces eius modi: Manlio Torquato amplissimam et gloriosissimam ex Latinis et Campanis victoriam in urbem referenti, cum seniores omnes laetitia ovantes occurrerent, iuniorum nemo obviam processit, quod filium adulescentem fortissime adversus imperium suum proelium securi percusserat. miserti sunt aequalis nimis asperae punitionis: nec factum eorum defendo, sed irae vim indico, quae unius civitatis et aetates et adfectus dividere valuit.

5 Eademque tantum potuit ut universum populi Romani equitatum a Fabio consule ad hostium copias persequendas missum, cum et tuto et facile eas liceret delere, legis agrariae ab eo impeditae memores, immobilem retineret. illa vero etiam Appio duci, cuius pater, dum pro senatus amplitudine nititur, commoda plebis acerrime impugnaverat, infensum exercitum faciendo voluntaria fuga terga hosti, ne triumphum imperatori quaereret, dare coegit, quotiens victoriae victrix! congratulationem eius in Torquato sperendam, in Fabio pulcherrimam partem omittendam, in Appio totam fugae postponendam reddidit.

³ 304: Livy 9.46.12, Pliny *N.H.* 33.18. ⁴ Cf. VM 2.7.6.

⁵ 481: Livy 2:43.5-10. The correction *peditatum* (infantry) in inferior manuscripts flatters the author, who misunderstood Livy because pursuit is usually the cavalry's job. He failed to realize that the cavalry will have been the Consul's political allies.

antecedents, had attained the Praetorship, stripped their gold rings from their fingers and the trappings from their horses and threw them away, advertising their lack of self-control by almost open mourning.³

Such was the stirring of anger against the whole people on the part of one individual or a few; of the multitude against leaders and commanders, thus: Manlius Torquatus brought back to the city a great and glorious victory over the Latins and Campanians. All the older folk met him in high rejoicing, but none of the younger ones came out to his passing because he had beheaded his son, a young man who had fought most bravely in combat against his orders. They pitied their coeval, too harshly punished. Nor am I defending their action, but I am showing the force of anger that could split the generations and emotions of one community.⁴

The same sentiment had the power to keep the entire cavalry⁵ of the Roman people motionless when despatched by Consul Fabius in pursuit of an enemy force, although they could safely and easily have destroyed it, because they remembered that he had blocked an agrarian law. Anger too made an army hostile to its commander Appius, whose father in championing the prestige of the senate had energetically assailed the interests of the plebs. Not wishing to earn a triumph for their general, they turned their backs in voluntary flight.⁶ How often has anger been victorious over victory! It made congratulation worthless in the case of Torquatus, caused omission of its fairest part in that of Fabius, and in that of Appius let it be totally sacrificed to rout.

⁶ 471: Livy 2.59.2f. (Broughton I.30).

- 6 Age, quam violenter se in pectore universi populi Romani gessit eo[dem]⁴⁰ tempore quo suffragiis eius dedicatio aedis Mercurii M. Plaetorio⁴¹ primi pili centurioni data est praeteritis consulibus, Appio quod obstitisset quominus aere alieno suo succurreretur, Servilio, quod susceptam causam suam languido patrocinio protexisset. negas⁴² efficacem esse iram, cuius hortatu miles summo imperio praelatus est?
- 7 Quae quidem non proculcavit tantum imperia, sed etiam gessit impotenter: nam Q. Metellus, cum utramque Hispaniam consul prius, deinde pro consule praene tam⁴³ subegisset, postquam cognovit Q. Pompeium consulem inimicum suum successorem sibi mitti, omnes qui modo militiam suam voluerunt finire dimisit, commeatu petentibus neque causis excussis neque constituto tempore dedit, horrea custodibus remotis opportuna rapinae praebuit, arcus sagittasque Cretensium frangi atque in amnem abici iussit, elephantis cibaria dari vetuit. quibus factis ut <laedendi>⁴⁴ cupiditati suae indulsit ita magnifice gestarum rerum gloriam corruptit, meritumque honorem triumphi hostium quam irae fortior victor amisit.
- 8 Quid? Sulla, dum huic vitio obtemperat, nonne multo alieno sanguine profuso ad ultimum et suum erogavit? Puteolis enim ardens indignatione, quod Granius princeps eius coloniae pecuniam a decurionibus ad refectionem Capitolii promissam cunctantius daret, animi concitatione

⁴⁰ eo *Kempf*: eodem AL

⁴¹ Pletorio AL: Laet- *Per. ex Liv.*

⁴² negas A *corr.*: -at AL: -a *Per.*

⁴³ *add. G corr.*

⁴⁴ *add. SB*³ (*cf. Apul. Apol. 6, VM 9.3 praef.*).

See now how violently anger acted in the bosom of the entire Roman people when by their votes they gave the dedication of the temple of Mercury to Chief Centurion M. Plaetorius⁷ over the heads of the Consuls: Appius because he had opposed relieving their debt, Servilius because after taking up their cause he had proved a half-hearted advocate in its defence.⁸ Can you deny the efficacy of anger at whose urging a soldier was preferred over the supreme command?

Anger not only trod command under foot but exercised it unconscionably. Q. Metellus had subjugated almost all of both Spains first as Consul, then as Proconsul. When he learned that Consul Q. Pompeius, his enemy, was being sent to succeed him, he discharged all soldiers who wanted their service terminated, granted leave of absence to all who applied for it without examining reasons or fixing times, removed the guards of the storehouses making them an easy target for looters, ordered the bows and arrows of the Cretans to be broken and thrown into the river, and forbade their rations to be given the elephants. By these actions he indulged his spite but spoiled the glory of his splendid campaigns and lost the honour of a triumph, a braver victor over the enemy than over anger.⁹

Again: obeying this vice, did not Sulla shed other people's blood in plenty and finally pay out his own? For at Puteoli, in a fit of irritation because Granius, the leading man in that colony, was rather slow in giving money promised by the decurions for the reconstruction of the Capitol,

⁷ M. Laetorius in Livy, 2.27.6.

⁸ 495: Livy 2.27.1-6.

⁹ 141: not found elsewhere.

nimia atque immoderato vocis impetu convulso pectore, spiritum cruore ac minis mixtum evomuit, nec senio iam prolapsus, utpote sexagesimum ingrediens annum, sed alita miseris rei publicae impotentia furens. igitur in dubio est Sullane prior an iracundia Sullae sit exstincta.

ext. praef. Neque ab ignotis exempla petere iuvat et maximis viris exprobrare vitia sua verecundiae est. ceterum cum propositi fides excellentissima quaeque complecti moneat, voluntas operi cedat, dum praeclara libenter probandi⁴⁵ necessaria narranti⁴⁶ conscientia non desit.

ext. 1. Alexandrum iracundia sua propemodum caelo deripuit: nam quid obstitit quominus illuc adsurgeret nisi Lysimachus leoni obiectus et Clitus hasta traiectus et Callisthenes mori iussus, quibus⁴⁷ tres maximas victorias totidem amicorum iniustis caedibus victas⁴⁸ reddidit?

ext. 2. Quam vehemens deinde adversus populum Romanum Hamilcaris odium! quattuor enim puerilis aetatis filios intuens, eiusdem numeri catulos leoninos in perniciem imperii nostri alere se praedicabat. digna nutrimenta quae in exitium patriae suae, ut evenit, <se>⁴⁹ converterent!⁵⁰

ext. 3. E quibus Hannibal mature adeo patria vestigia subsecutus est ut, eo exercitum in Hispaniam traiecturo et ob id

⁴⁵ probandi A corr.: -da AL ⁴⁶ narranti *Madvig*: -ndi AL
(cf. SB³) ⁴⁷ quibus SB³: quia AL

⁴⁸ victas SB¹ et SB³: -tor (edidit) AL

⁴⁹ add. *coni. Briscoe*

⁵⁰ converterent A corr.: -runt* AL: -rentur ⚭

¹⁰ 78; Plut. *Sull.* 37 etc.

¹¹ Discredited by Curt. 8.1.14-17; cf. Justin 15.3 etc.

his breast convulsed with excessive agitation of mind and immoderate shouting, he vomited his life-breath mingled with blood and threats. He did not collapse from old age (he was entering his sixtieth year) but from an ungovernable temper fostered in the miseries of the commonwealth. So it is a question whether Sulla or Sulla's irascibility was extinguished first.¹⁰

EXTERNAL

One does not want to seek examples from unknowns and is reluctant to reproach great men with their vices. But since fidelity to my undertaking bids me embrace what stands out most conspicuously, let inclination yield to performance, provided that the narrator of what is necessary does not forget his ready approval of what is admirable.

Alexander's irascibility almost snatched him from heaven. For what stood in the way of his ascending thither except for Lysimachus exposed to a lion¹¹ and Clitus transfixed by a spear and Callisthenes ordered to die? Thereby he turned three great victories into defeats with an equal number of unjustified slayings of his friends.¹²

How passionate was Hamilcar's hate of the Roman people! Looking at his four sons in their boyhood he used to declare that he was rearing so many lion cubs to the ruin of our empire.¹³ Nurture worthy to turn to the destruction of his own country, as it did.

One of them, Hannibal, followed at an early age in his father's footsteps so closely that when Hamilcar was about to transport an army into Spain and was offering sacrifice

¹² The victories are Granicus, Issus, and Arbela; but Lysimachus was not killed by Alexander.

¹³ Not found elsewhere.

sacrificante, novem annorum altaria tenens iuraret se, cum primum per aetatem potuisset, acerrimum hostem populi Romani futurum <et>⁵¹ pertinacissimis precibus instantis belli commilitium exprimeret. idem significare cupiens quanto inter se odio Carthago et Roma dissident, inflicto in terram pede suscitatoque pulvere, tunc inter eas finem fore belli dixit, cum alterutra urbs⁵² in habitu pulveris esset redacta.

ext. 4 In puerili pectore tantum vis odii potuit, sed in muliebri quoque aequae multum valuit: namque Samiramis, Assyriorum regina, cum ei circa cultum capitis sui occupatae nuntiatum esset Babylona defecisse, altera parte crinium adhuc soluta protinus ad eam expugnandam currit, nec prius decorem capillorum in ordinem quam⁵³ urbem in potestatem suam redegit. quocirca statua eius Babylone posita est, illo habitu quo ad ultionem exigendam celeritate praecipiti tetendit.

4. DE AVARITIA

praef. Protrahatur etiam Avaritia, latentium indagatrix lucrorum, manifestae praediae avidissima vorago, neque habendi fructu felix et cupiditate quaerendi miserrima.

1 Cum admodum locupleti L. Minucio Basilo falsum testamentum quidam in Graecia subiecisset, eiusdemque confirmandi gratia potentissimos civitatis nostrae viros, M. Crassum et Q. Hortensium, quibus Minucius ignotus fuerat, tabulis heredes inseruisset, quamquam evidens

⁵¹ *add. Halm*

⁵² urbs P: pars LG: om. S

⁵³ quam *Gertz*: quantam A: quam tantam A *corr.*, LG

on that account, the nine-year-old boy swore with his hands upon the altar that as soon as he was old enough he would be a deadly enemy to the Roman people,¹⁴ and by persistent entreaties extorted permission to serve in the impending war. The same, wishing to signify the mutual hatred in the quarrel between Rome and Carthage, stamped his foot upon the ground, raising dust: the war between the cities, he said, would end only when one or the other had been reduced to that substance.

Such was the force of hate in a boy's heart, but in a woman's too it was no less potent. Samiramis, queen of Assyria, was busy doing her hair when news came that Babylon had revolted. Leaving one half of it loose, she immediately ran to storm the city and did not restore her coiffure to a seemly order before she brought it back into her power. For that reason her statue was set up in Babylon showing her as she moved in precipitate haste to take her vengeance.¹⁵

4. OF AVARICE

Let Avarice too be dragged forth, tracker-down of hidden gains, greedy sucker-in of visible plunder, never happy in the enjoyment of possession and most miserable in the craving of acquisition.

L. Minucius Basilus was a very rich man. A certain person in Greece produced a forged will and for confirmation of the same put in as heirs two very powerful persons in our community, M. Crassus and Q. Hortensius, who did not know Minucius. The fraud was apparent, but in their

¹⁴ 237: Livy 21.1.4 etc.

¹⁵ Not found elsewhere.

fraus erat, tamen uterque pecuniae cupidus facinoris alieni munus non repudiavit. quantam culpam quam leviter rettuli! lumina curiae, ornamenta fori, quod scelus vindicare debebant, inhonesti lucri captura invitati auctoritatibus suis texerunt.

2 Verum aliquanto maiores vires in Q. Cassio exhibuit, qui in Hispania Silium et Calpurnium, occidendi sui gratia cum pugionibus deprehensos, quinquagies sestertium ab illo, ab hoc sexagies pactus dimisit. en quem⁵⁴ dubites, si alterum tantum daretur, iugulum quoque suum aequo animo illis fuisse praebiturum!

3 Ceterum avaritia ante omnes L. Septimuleii praecordia possedit; qui cum C. Gracchi familiaris fuisset, caput eius abscidere et per urbem pilo fixum ferre sustinuit, quia Opimius consul auro id se repensurum edixerat. sunt qui tradant liquato plumbo eum cavatam partem capitis, quo ponderosius esset, explesse. fuerit ille seditiosus, bono perierit exemplo, clientis tamen scelestas famas in has usque iacentis iniurias esurire non debuit.

ext. 1 Odium merita Septimuleii avaritia, Ptolomaei autem, regis Cypriorum, risu prosequenda: nam cum anxii sordibus magnas opes corripuisset, propterque eas periturum se videret et ideo omni pecunia imposita navibus in altum processisset, ut classe perforata suo arbitrio periret et hostes praeda carerent, non sustinuit mergere aurum et ar-

⁵⁴ en quem *Kempf*: at q-* LG (*silet* A): an 5

¹ *Ca.* 67: *Cic. Off.* 3.73.

² 48: *Bell. Alex.* 55.4f., with Q. Sestius instead of Silius.

³ 121: *Cic. De orat.* 2.269; *Plut. C. Gracch.* 17.

greed for money neither of the two repudiated the gift of another's misdeed. What guilt, how lightly here reported! Luminaries of the senate house, ornaments of the Forum, lured by the getting of disgraceful gain they covered with their authority a crime that they ought to have punished.¹

But avarice showed considerably greater power in the person of Q. Cassius. In Spain Silius and Calpurnius were caught with daggers intending to assassinate him. He released them, at the price of five million sesterces from the one and six million from the other.² Doubt if you can that, if as much again had been forthcoming, he would willingly have offered them his throat!

But above all others avarice possessed the heart of L. Septimuleius. He brought himself to cut off the head of C. Gracchus, whose close friend he had been, and carry it through the city on a javelin because Consul Opimius had publicly promised its weight in gold. Some say that to make the head heavier he hollowed out part and filled it with molten lead.³ Granted that Gracchus was a revolutionary and that his death was a good example, yet the criminal hunger of the client should not have waxed so ravenous as to inflict these injuries upon him as he lay dead.

EXTERNAL

Septimuleius' avarice deserved hatred, that of Ptolemy, king of the Cypriots, was laughable. With anxious cheese-parings he had amassed great wealth and saw that on account of it he was likely to perish. He therefore placed all his money on ships and put out to sea, intending to scuttle his fleet and perish at his own will, depriving his enemies of their plunder. But he did not have the heart to sink the gold

gentum, sed futurum necis suae praemium domum revoxit. procul dubio hic non possedit divitias, sed a divitiis possessus est, titulo rex insulae, animo pecuniae miserabile mancipium.

5. DE SUPERBIA ET IMPOTENTIA

1 Atque ut superbia quoque et impotentia in conspicuo ponatur, M. Fulvius Flaccus consul, M. Plautii Hypsaei collega, cum perniciosissimas rei publicae leges introduceret de civitate danda et de provocatione ad populum eorum qui civitatem mutare nolissent, aegre compulsus est ut in curiam veniret: deinde partim monenti, partim oranti senatui ut incepto desisteret, responsum non dedit. tyrannici spiritus consul haberetur, si adversus unum senatorem hoc modo se gessisset quo Flaccus in totius amplissimi ordinis contemnenda maiestate versatus est.

2 Quae a M. quoque Druso tribuno plebis per summam contumeliam vexata est: parum enim habuit L. Philippum consulem, quia interfari se contionantem ausus fuerat, ob-torta gula, et quidem non per viatorem sed per clientem suum, adeo violenter in carcerem praecipitem egisse ut multus e naribus eius cruor profunderetur; verum etiam, cum senatus ad eum misisset ut in curiam veniret, 'quare non potius' inquit 'ipse in Hostilium curiam propinquam rostris, id est ad me, venit?' piget adicere quod sequitur: tribunus senatus imperium despexit, senatus tribuni verbis paruit.

4 57: cf. App. B.C. 2.23.

1 125: *ibid.* 1.21.

2 91: Flor. 2.5.8, Auct. vir. ill. 66.9.

and silver, and so brought home the future reward of his own death. No question, he did not possess riches but was possessed by them, in title the king of an island, in mind a miserable slave of pelf.⁴

5. OF ARROGANCE AND OUTRAGEOUSNESS

And to put arrogance too and outrageousness conspicuously in view, Consul M. Fulvius Flaccus, colleague of M. Plautius Hypsaeus, was introducing laws highly detrimental to the commonwealth about granting citizenship and about appeal to the people by persons unwilling to change their citizenship status. With difficulty he was compelled to come to the senate house, but then gave no answer to the senate as it partly warned and partly entreated him to give up his program. A Consul would be thought to have the spirit of a tyrant if he behaved to one senator in the manner adopted by Flaccus in contempt of the majesty of the whole most honourable order.¹

That order was also harassed in the most insulting fashion by Tribune of the Plebs M. Drusus. He was not content with throttling Consul L. Philippus (using a client of his own, not an orderly) because he had dared to interrupt him as he was addressing a public meeting and driving him headlong to prison with such violence that a quantity of blood gushed from his nostrils.² He actually said when the senate sent him a message to come to their house, "Why don't *they* come to the Curia Hostilia close to the rostra, that is to say, to me?" It pains me to write what follows. The Tribune despised the command of the senate, the senate obeyed the words of the Tribune.

3 Cn. autem Pompeius quam insolenter! qui balneo egressus ante pedes suos prostratum Hypsaeum ambitum reum, et nobilem virum et sibi amicum, iacentem reliquit contumeliosa voce proculcatum: nihil enim eum aliud agere quam ut convivium suum moraretur respondit; et huius dicti conscius securo animo cenare potuit. ille vero etiam in foro non erubuit P. Scipionem, socerum suum, legibus <ob>noxium⁵⁵ quas ipse tulerat, in maxima quidem reorum illustrium ruina muneris loco a iudicibus deponere, maritalis lecti blanditiis statum rei publicae temerando.

4 Taetrum facto pariter ac dicto M. Antonii convivium: nam cum ad eum triumvirum Caesetii Rufi senatoris caput allatum esset, aversantibus id ceteris propius admoveri iussit ac diu diligenterque consideravit. cunctis deinde exspectantibus quidnam esset dicturus, 'hunc ego' inquit 'notum non habui.' superba de senatore, impotens de occiso confessio.

ext. 1 Satis multa de nostris: aliena nunc adiciantur. Alexandri regis virtus ac felicitas tribus insolentiae evidentissimis gradibus exsultavit: fastidio enim Philippi Iovem Hammonem patrem ascivit, taedio morum et cultus Macedonici vestem et instituta Persica adsumpsit, spreto mortali habitu divinum aemulatus est, nec fuit ei pudori filium civem hominem dissimulare.

⁵⁵ *add. P*

³ 52: Plut. *Pomp.* 55. ⁴ 52: App. *B.C.* 2.24, Dio 40.51.3, 53.2; cf. Tac. *Ann.* 3.28.1. ⁵ 43: Apparently a garbled version of the incident in App. *B.C.* 4.29. ⁶ Standard items.

How insolent, moreover, the conduct of Cn. Pompeius! Coming from his bath he left Hypsaeus, who was under prosecution for electoral malpractice, a nobleman and a friend, lying at his feet after trampling him with an insult. For he told him that he was doing nothing but hold up his (Pompey's) dinner; and with this speech on his mind he could dine without a qualm.³ But even in the Forum he did not blush to ask the jury to acquit his father-in-law P. Scipio as a present to himself when Scipio was answerable to the laws that Pompey himself had carried, and that too when a great many illustrious defendants were coming to grief. The blandishments of the nuptial bed made him violate the stability of the commonwealth.⁴

Horrible was a dinner of Mark Antony's in act and word alike. The head of Caesetius Rufus, a senator, being brought to him as Triumvir, the rest of the company averted their eyes but Antony ordered it moved closer and contemplated it long and carefully. Then, as they all waited to hear what he would say, he remarked, "I didn't know this fellow." In speaking of a senator an arrogant admission, in speaking of one put to death an outrageous one.⁵

EXTERNAL

Enough of native examples, let external ones now be added. The prowess and good fortune of king Alexander ran riot in three conspicuous stages of insolence.⁶ Despising Philip he adopted Jupiter Hammon as his father; wearying of Macedonian manners and attire he took up Persian dress and customs; scorning mortal state he imitated divine. He was not ashamed to falsify his identity as a son, a citizen, and a human being.

- ext. 2 Iam Xerxes, cuius in nomine superbia et impotentia habitat, suo iure tam insolenter, quod Graeciae indicturus bellum, adhibitis Asiae principibus, 'ne viderer' inquit 'meo tantummodo usus consilio, vos contraxi; ceterum mementote parendum magis vobis esse quam suadendum.' arroganter, etiam si victori repetere ei regiam contigisset: tam deformiter victi nescias utrum insolentius dictum an impudentius.⁵⁶
- ext. 3 Hannibal⁵⁷ autem Cannensis pugnae successu elatus nec admisit quemquam civium suorum [in]⁵⁸ castris nec responsum ulli nisi per interpretem dedit. Maharbalem etiam, ante tabernaculum suum clara voce adfirmantem prospexisse quonam modo paucis diebus Romae in Capitolio cenaret, aspernatus est. adeo felicitatis et moderationis divdium contubernium est.
- ext. 4 Insolentiae vero inter Carthaginiensem et Campanum senatum quasi aemulatio fuit: ille enim separato a plebe balneo lavabatur, hic diverso foro utebatur. quem morem Capuae aliquamdiu retentum C. quoque Gracchi oratione in Plautium scripta patet.

6. DE PERFIDIA

- praef. Occultum iam et insidiosum malum, perfidia, latebris suis extrahatur. cuius efficacissimae vires sunt mentiri ac

⁵⁶ add. Guyet ⁵⁷ hinc usque ad 13.2 merentur deficit L
⁵⁸ del. Eberhard

⁷ 485: cf. Herod. 7.8.

⁸ 216: Cato and Coelius ap. Cell. 10.24.6, Livy 22.5.1-4, Flor.

Xerxes now, in whose name dwells pride and outrageousness, was insolent as of right, in that when he was about to declare war on Greece, he summoned the leading men of Asia and said: "I have brought you together so I might not seem to have used only my own counsel. Remember, however, that your function is to obey rather than to advise."⁷ An arrogant speech, even if he had had the luck to return to his palace victorious; in the mouth of one so disgracefully vanquished, whether more insolent or more unwise is hard to decide.

Elated by his victory at Cannae, Hannibal did not give admission to any of his countrymen in camp or reply to anyone except through an intermediary. Even when Maharbal announced in a loud voice in front of his tent that he had seen a way for him to dine on the Capitol in Rome in a few days time, he rebuffed him.⁸ So hard is it for good fortune and moderation to share quarters.

There was a sort of competition in insolence between the senates of Carthage and Campania. The former used baths separated from the common folk, the latter a different forum. That this practice was retained in Capua for quite a long time is evident *inter alia* from C. Gracchus' speech against Plautius.⁹

6. OF TREACHERY

Let treachery, hidden and insidious evil, now be dragged from its lurking place. Its most effective strength

1.22.19 etc. Hannibal's arrogance seems to be Valerius' own contribution.

⁹ C. Gracchus or. fr. 59 Malcovati.

fallere, fructus in aliquo admisso scelere consistit, tum certus cum credulitatem nefariis vinculis circumdedit, tantum incommodi humano generi adferens quantum salutis bona fides praestat. habeat igitur non minus reprehensionis quam illa laudis consequitur.

- 1 Romulo regnante Spurius Tarpeius arci praeerat. cuius filiam virginem aquam sacris petittum extra moenia egressam Tattius ut armatos Sabinos in arcem secum reciperet corrupit, mercedis nomine pactam quae in sinistris manibus gerebant: erant autem iis⁵⁹ armillae et anuli magno ex pondere auri. loco potittum agmen Sabinorum puellam praemium flagitantem armis obrutam necavit, perinde quasi promissum, quod ea quoque laevis gestaverant, solv<er>it.⁶⁰ absit reprehensio, quia impia proditio celeri poena vindicata est.
- 2 Ser. quoque Galba summae perfidiae: trium enim Lusitaniae civitatum convocato populo tamquam de commodis eius acturus, octo milia, in quibus flos iuventutis consistebat, electa et armis exuta partim trucidavit, partim vendidit. quo facinore maximam cladem barbarorum magnitudine criminis antecessit.
- 3 Cn. autem Domitium, summi generis et magni animi virum, nimia gloriae cupiditas perfidum existere coegit: iratus namque Bituito, regi Arvernorum, quod [tum]⁶¹ suam et Allobrogum gentem, se etiam tum in provincia morante, ad Q. Fabii successoris sui dexteram confugere

⁵⁹ <in> his (A) *Kempf*

⁶⁰ *add.* Per.*

⁶¹ *del.* Kempf*

¹ Prop. 4.4 etc.

² Cf. VM 8.1.absol.2.

is lying and deceit. Its reward consists in some committed crime and is sure when it has encompassed credulity with wicked bonds. It causes as much harm to the human race as good faith brings welfare. So let it have no less reprehension than good faith wins praise.

When Romulus was king, Spurius Tarpeius commanded the citadel. His young daughter, as she went outside the walls to fetch water for religious rites, was bribed by Tattius to let armed Sabines into the citadel along with herself. As her price she asked that which they wore on their left hands: they had golden bracelets and rings of great weight. When the column of Sabines had got possession of the place and the girl demanded her reward, they buried her under their shields and killed her, as though they had thus kept their promise; for they had carried shields too with their left hands.¹ Let them not be blamed, since impious betrayal was punished with swift retribution.

Ser. Galba too was treacherous in the extreme. He called together the people of three Lusitanian communities ostensibly to take action for their benefit. Then he selected eight thousand, comprising the flower of their young men, and stripped them of their weapons, after which he butchered some and sold the rest. By this misdeed he outdid the barbarians' great calamity by the magnitude of his crime.²

Cn. Domitius, a man of the highest lineage and of lofty spirit, was driven into treachery by his overeagerness for glory. He was angry with Bituitus, king of the Arverni, because the same had urged his own tribe and that of the Allobroges to resort to the right hand of his successor Q. Fabius while he himself was still in the province. Having

hortatus esset, per colloqui simulationem arcessitum hospitioque exceptum vinxit ac Romam nave deportandum curavit. cuius factum senatus neque probare potuit neque rescindere voluit, ne remissus in patriam Bituitus bellum renovaret. igitur eum Albam custodiae causa relegavit.

4 Viriathi etiam caedes duplicem perfidiae accusationem recipit,⁶² in amicis quod eorum manibus interemptus est, in Q. Servilio Caepione consule quia is sceleris huius auctor impunitate promissa fuit, victoriamque non meruit sed emit.

ext. 1 Verum ut ipsum fontem perfidiae contemplemur, Carthaginienses Xanthippum Lacedaemonium, cuius optima opera primo Punico bello usi fuerant et quo iuvante Atilium Regulum ceperant, simulantes domum se revehere, in alto merserunt, quid tanto facinore petentes? an ne victoriae eorum socius superesset? exstat nihilo minus, et quidem cum opprobrio, quem sine ulla gloriae iactura inviolatum reliquissent.

ext. 2 Hannibal porro Nuceros, hortatu suo cum binis vestimentis urbem inexpugnabilibus muris cinctam egressos, vapore et fumo balnearum strangulando, et Acerranorum senatum eadem ratione extra moenia evocatum in profunda⁶³ puteorum abiciendo, nonne bellum adversus popu-

⁶² recipit *Kempf*: recepit A

⁶³ profunda *Eberhard*: -do A: -dum (puteum) P

³ 121: accounts differ; cf. Klebs *RE* III.547f., Broughton I.520f. ⁴ 139: Livy *Per.* 54 etc. (Broughton I.482).

⁵ Cf. H. Schaefer, *RE* IX A 1350. The story of the drowning seems to be a fiction.

summoned the king under the pretence of a parley and received him hospitably, he put him in bonds and had him deported by ship to Rome. The senate could not approve his action, neither did it wish to rescind it for fear that if Bituitus was sent back to his country he would start the war afresh. So it sent him to Alba for custody.³

The murder of Viriathus too is open to a double charge of treachery, one involving his friends, because he was killed by their hands, the other Consul Q. Servilius Caepio, in that he instigated the crime with a promise of immunity. He did not earn victory, he bought it.⁴

EXTERNAL

But to contemplate the very fountain of treachery: the Carthaginians drowned the Spartan Xanthippus in the sea while pretending to give him a passage home, whose excellent service they had used in the Second Punic War and with whose assistance they had captured Atilius Regulus.⁵ What did they seek to gain by so great a misdeed? Was it that they did not want a partner in their victory to survive? None the less he is still here and to their reproach, whereas they might have left him unharmed without any loss of glory.

Hannibal urged the people of Nuceria to leave their city with its circuit of inexpugnable walls, each with two garments, and then suffocated them with the vapour and smoke of baths. By the same means he lured the senate of Acerræ outside their walls and threw them down deep wells.⁶ Professing to make war against the Roman people

⁶ 216: App. *Lib.* 63, Dio fr. 57.30. But Livy (23.15.3-6, 17.4-7) says nothing of the alleged treacheries, which belong with the atrocity stories in VM 9.2.ext.1f.

lum Romanum et Italiam professus adversus ipsam fidem acrius gessit, mendaciis et fallacia quasi praeclaris artibus gaudens? quo evenit ut alioqui insignem nominis sui memoriam relicturus, in dubio maiorme an peior vir haberi deberet poneret.

7. DE VI ET SEDITIONE

- 1 Sed ut violentiae <et>⁶⁴ seditionis tam togatae quam etiam armatae facta referantur, L. Equitium, qui se Ti. Gracchi filium simulabat tribunatumque adversus leges <cum>⁶⁵ L. Saturnino petebat, a C. Mario quintum⁶⁶ consulatum gerente in publicam custodiam ductum populus, claustris carceris convulsis, raptum umeris suis per summam animorum alacritatem portavit.
- 2 Idemque Q. Metellum censorem, quod ab eo tamquam Gracchi filio censum recipere volebat, lapidibus prosternere conatus est, adfirmantem tres tantummodo filios Ti. Graccho fuisse, e quibus unum in Sardinia stipendia merentem, alterum infanтем Praeneste, tertium post patris mortem natum Romae decessisse, neque oportere clarissimae familiae ignotas sordes inseri, cum interim improvida concitatae multitudinis temeritas—pro impudentia⁶⁷ et audacial—adversus consulatum et censuram tetendit, principesque suos omni petulantiae genere vexavit.
- 3 Vesana haec tantummodo, illa etiam cruenta seditio: populus enim Nunnium, competitorem Saturnini, novem

⁶⁴ et C: om. A

⁶⁵ cum GP: om. A

⁶⁶ sextum *Pighius*, sc. *auctorem corrigens*

⁶⁷ impu- G: inpru- A

and Italy, did he not wage it more fiercely against good faith itself, revelling in lies and deceit as in fine arts? As a result he made it a question whether he should be considered more a great man or more a bad man, who otherwise would have left a glorious memory of his name.

7. OF VIOLENCE AND SEDITION

But to relate the deeds of violence and sedition in civil life and also under arms: L. Equitius, who was pretending to be Ti. Gracchus' son and illegally standing for the Tribune along with L. Saturninus, was placed in public custody by C. Marius, then in his fifth Consulship. The people tore down the bars of the prison and snatched him away, carrying him on their shoulders in the highest of spirits.¹

The same people tried to stone Censor Q. Metellus to the ground, because he refused to accept this man's census return as Gracchus' son.² He stated that Ti. Gracchus had only three sons, one of whom had died on military service in Sardinia, the second at Praeneste in infancy, the third, born after his father's death, in Rome. It was not right, he said, that unknowns of low origin should be thrust into a very illustrious family. But the blind temerity of the excited crowd (what impudence and audacity!) pressed on against Consulship and Censorship and harassed their leaders with every sort of offensive behaviour.

That sedition was only crazy, the following was bloody. Nine Tribunes had already been elected and one place re-

¹ 100: cf. Flor. 2.4.1 etc. He was elected.

² 102/1: Cic. *Sest.* 101. Cf. VM 3.8.6.

iam creatis tribunis unoque loco duobus candidatis restante, vi prius in aedes privatas compulit, extractum deinde interemit, ut caede integerrimi civis facultas a<di>piscendae⁶⁸ potestatis taeterrimo homini⁶⁹ daretur.

4 Creditorum quoque consternatio adversus Sempronii Asellionis praetoris urbani caput intolerabili modo exarsit. quem, quia causam debitorum susceperat, concitati a L. Cassio tribuno plebis, pro aede Concordiae sacrificium facientem ab ipsis altaribus fugere extra forum coactum inque tabernula latitantem praetextatum discerpserunt.

mil. Detestanda fori condicio, sed si castra respicias, aequae
Rom. 1 magna orietur indignatio. cum C. Mario lege Sulpicia provincia Asia, ut adversus Mithridatem bellum gereret, privato decreta esset, missum ab eo Gratidium legatum ad L. Sullam consulem accipiendarum legionum causa milites trucidarunt, procul dubio indignati quod a summo imperio ad eum qui nullo in honore versaretur transire cogerentur. sed quis ferat militem scita plebis exitio legati corrigentem?

mil. Pro consule istud tam violenter exercitus, illud adversus
Rom. 2 consulem: Q. enim Pompeium, Sullae collegam, senatus iussu ad exercitum Cn. Pompeii, quem aliquamdiu invita civitate obtinebat, contendere ausum, ambitiosi

⁶⁸ adipisc- GP: apisc- A

⁶⁹ homini P: civi A: *del Kempf*

³ 101: *Livy Per.* 69 etc.

⁴ 89: *Livy Per.* 74; *App. B.C.* 1.54.

⁵ 88: *Oros.* 5.19.4; cf. *Plut. Mar.* 35, *Sull.* 8.

remained for two candidates. The people first drove Nunnius, Saturninus' competitor, by violence into a private house, then dragged him out and killed him so as to give a detestable citizen the opportunity to gain power by the murder of a perfectly blameless one.³

The dismay of creditors flared up against the life of City Praetor Sempronius Asellio in a manner not to be tolerated. Because he had taken up the cause of the debtors, persons stirred up by Tribune of the Plebs L. Cassius forced him as he was sacrificing in front of the temple of Concord to take flight from the very altar and out of the Forum. Then, as he was hiding in a small shop, they tore him limb from limb wearing his gown of office.⁴

ROMAN SOLDIERS

The state of the Forum is appalling, but if you look at the camp, indignation equally great will spring up. When Asia was decreed as his province to C. Marius, then a private citizen, by the Sulpician law in order for him to make war against Mithridates, he sent his Legate Gratidius to Consul L. Sulla to take over the legions. The soldiers killed him.⁵ No doubt they were indignant at being forced to transfer from the highest command to one who held no office; but who could tolerate a soldiery amending decrees of the plebs by the destruction of a Legate?

The army perpetrated that deed of violence on behalf of a Consul, but the following against a Consul. Q. Pompeius; Sulla's colleague, ventured to go by order of the senate to Cn. Pompeius' army, which he had for some time been holding against the will of the community. Corrupted by the enticements of their popularity-mongering general, the soldiers attacked him as he was starting to perform a

ducis illecebris corrupti milites sacrificare incipientem adorti in modum hostiae mactarunt, tantumque scelus, curia castris cedere se confessa, inultum abiit.

mil. Ille quoque exercitus nefarie violentus qui C. Carbonem, fratrem Carbonis ter consulis, propter bella civilia dissolutam disciplinam militarem praefractius et rigidius astringere conatum privavit vita, satiusque duxit maximo scelere coinquinari quam pravos ac taetros mores mutare.

8. DE TEMERITATE

praef. Temeritatis etiam subiti et⁷⁰ vehementes sunt impulsus, quorum ictibus hominum mentes concussae nec sua pericula dispicere nec aliena facta iusta aestimatione prosequi valent.

1 Quam enim temere se Africanus superior ex Hispania duabus quinquereimis ad Syphacem traiecit, in unius Numidae infidis praecordiis suam pariter et patriae salutem depositurus! itaque exiguo momento maximae rei casus fluctuatus est, utrum interfector an captivus Scipionis Syphax fieret.

2 Nam C. Caesaris anceps conatus, etsi caelestium cura protectus est, non tamen [vix]⁷¹ sine horrore animi referri potest: si quidem impatiens legionum tardioris a Brundisio Apolloniam traiectus, per simulationem adversae valetudinis convivio egressus, maiestate sua servili veste occultata naviculam conscendit <et>⁷² e flumine Ao<o>⁷³ maris

⁷⁰ subiti et A corr.: et s- A

⁷¹ del. * conī Briscoe

⁷² add. &

⁷³ Aoo Gertz: ac A

sacrifice and slew him like a sacrificial offering. And so great a crime went unpunished, the senate confessing that it yielded to the camp.⁶

Wickedly violent too was that army which took the life of C. Carbo, brother of Carbo three times Consul, who had tried somewhat abruptly and unbendingly to tighten military discipline, relaxed because of the civil wars. They thought it better to be sullied by a heinous crime than to change their depraved, vile ways.⁷

8. OF RASHNESS

Of rashness too the impulses are both sudden and violent. The minds of men shaken by their blows can neither discern their own dangers nor follow the acts of others in just estimation.

How rashly did the elder Africanus cross over from Spain with two quinquiremes to Syphax, to lay his own and his country's safety on the faithless breast of one Numidian! So for a brief moment the fate of a great matter hung in the balance: was Syphax to be Scipio's executioner or his prisoner?¹

A hazardous attempt of C. Caesar, although he was protected by the care of the gods, can hardly be related without a shudder. Impatient at the tardy crossing of his legions from Brundisium to Apollonia, he left dinner pretending an indisposition, hid his majesty in a slave's dress, embarked on a small craft, and in stormy weather made his way from the river Aous to the mouth of the Adriatic and

⁶ 88: Livy Per. 77, Vell. 2.20.1, App. B.C. 1.63.

⁷ 80: Gran. Licin. 36.8. ¹ 206: Livy 28.17.10-18.12 etc.

Hadriatici saeva tempestate fauces petiit, protinusque in altum dirigi iusso navigio, multum ac diu contrariis iactus fluctibus, tandem necessitati cessit.

- 3 Age, illa quam execrabilis militum temeritas! fecit enim ut A. Albinus, nobilitate moribus honorum omnium consummatione civis eximius, propter falsas et inanes suspiciones in castris ab exercitu lapidibus obrueretur, quodque accessionem indignationis non recipit, oranti atque obscranti duci a militibus causae dicendae potestas negata est.

ext. 1 Itaque minus miror apud trucem et saevum animum Hannibalis defensionis locum innoxio gubernatori non fuisse, quem a Petelia classe Africam repetens freto appulsus, dum tam parvo spatio Italiam Siciliamque inter se divisas non credit, velut insidiosum cursus rectorem interemit, posteaque diligentius inspecta veritate tunc absolvit, cum eius innocentiae nihil ultra sepulcri honorem dari potuit. igitur angusti atque aestuosi maris alto e tumulo speculatrix statua quam <in> memoriam⁷⁴ Pelori tam Punicae temeritatis ultra citraque navigantium <in>⁷⁵ oculis collocatum indicium est.

ext. 2 Iam Atheniensium civitas ad vesaniam usque temeraria, quae decem universos imperatores suos, et quidem a pulcherrima victoria venientes, capitali iudicio exceptos

⁷⁴ in memoriam SB: -riam AL: -riae S

⁷⁵ add. Kempf

² 47: Lucan 5.497-677 etc. ³ 89: Livy *Per.* 75 etc. Orosius (5.18.22) has a different assessment. ⁴ 203: Strabo 10, Mela 2.116, Serv. *Aen.* 3.411. Strabo speaks of "the Carthaginians" instead of Hannibal (the entry in *RE* Peloros 3 is wild). Hannibal

then ordered the vessel to be steered into the open sea. But buffeted much and long by adverse waves, he finally bowed to necessity.²

And now how execrable the following rashness of soldiers! It caused A. Albinus, a citizen distinguished in birth, character, and the accumulation of all offices, to be overwhelmed with stones by his army in camp because of false, baseless suspicions; and, what admits of no increment of indignation, the general though begging and imploring was denied opportunity to plead his case by his soldiers.³

EXTERNAL

So I am the less surprised that the savage, pitiless heart of Hannibal gave a harmless steersman no chance to defend himself. Sailing in a fleet from Petelia to Africa, he put into the Strait. Not believing that Italy and Sicily were divided by so small a space, he accused the navigator of treachery and put him to death. Afterwards on more careful inspection of the truth he acquitted him, when his innocence could be granted nothing except the honour of burial. And so a statue looks from a high mound over the narrow, stormy sea, placed before the eyes of those sailing this way or that both in memory of Pelorus and as a token of Punic temerity.⁴

The Athenian community was rash to the point of madness when it received all ten of its generals,⁵ coming as they did from a brilliant victory, with a capital trial and put them to death because they had been unable to consign

was sailing north through the Straits after rounding the toe of Italy on his way to Carthage. Mela, flouting geography, confuses this voyage with that of 195 when Hannibal fled from Carthage to Syria (cf. Livy 33.48.2f.). ⁵ Cf. VM 1.1.ext.8.

necavit, quod militum corpora saevitia maris interpellante sepulturae mandare non potuissent, necessitatem puniens, cum honorare virtutem deberet.

9. DE ERRORE

praef.

Temeritati proximus est error, quemadmodum ad laedendum par ita cui facilius quis ignoverit, quia non sua sponte sed vanis concitatus imaginibus culpa se implicat. qui quam late in pectoribus hominum vegetur si complecti coner, vitio de quo loquor sim obnoxius. paucos igitur eius lapsus referemus.

1 C. Helvius Cinna tribunus plebis, ex funere C. Caesaris domum suam petens, populi manibus discerptus est pro Cornelio Cinna, in quem saevire se existimabat, iratus ei quod cum adfinis esset Caesaris, adversus eum nefarie raptum impiam pro rostris orationem habuisset, eoque errore propulsus est ut caput Helvii perinde atque Cornelii circa rogam Caesaris fixum iaculo ferret, officii sui, alieni erroris piaculum miserabile!

2 Nam C. Cassium error a semet ipso poenas exigere coegit: inter illum enim pugnae quattuor exercituum apud Philippos varium ipsisque ducibus ignotum eventum missus ab eo Titinius centurio nocturno tempore, ut specularetur quonam in statu res M. Bruti essent, dum crebros excessus viae petit, quia tenebrarum obscuritas hostesne an commilitones occurrerent dinoscere non sinebat, tardius ad Cassium rediit. quem is exceptum ab hostibus omniaque in eorum potestatem recidissee existimans, finire

¹ 44: Plut. *Caes.* 68 etc.

the bodies of the soldiers to burial, the rough sea preventing. It punished necessity when it should have been rewarding merit.

9. OF ERROR

Error is next to rashness, equal in power to harm but more easily pardonable because it involves itself in guilt not voluntarily but stirred up by vain imaginings. If I were to try to embrace how widely it wanders in men's hearts, I should be chargeable with the fault of which I speak. So I shall relate a few of its lapses.

Tribune of the Plebs C. Helvius Cinna, as he was going home from the funeral of C. Caesar, was torn to pieces by the hands of the people in mistake for Cornelius Cinna, against whom they thought their fury was directed. They were angry with him because, though related to Caesar by marriage, he had made an impious speech against him from the rostra when he had been wickedly taken off. Driven by that error, the people carried Helvius' head on a javelin around Caesar's pyre, as though it was Cornelius'. A pitiable sacrifice to his own discharge of duty and the error of others.¹

As for C. Cassius, error made him exact his own punishment. In the battle of the four armies at Philippi, of outcome various and unknown to the generals themselves, he sent Titinius, a Centurion, at night to find out how it was with M. Brutus. Titinius made frequent detours because the darkness did not allow him to tell friend from foe in his path, so he was rather slow in returning to Cassius; who for his part, thinking Titinius had been taken by the enemy and that everything had fallen into their hands, hastened

vitam properavit, cum et castra hostium invicem capta et Bruti copiae magna ex parte incolumes essent. Titinii vero non obliteranda silentio virtus, qui oculis paulisper haesit inopinato iacentis ducis spectaculo attonitus, deinde profusus in lacrimas 'etsi imprudens' inquit, 'imperator, causa tibi mortis fui, tamen, ne id ipsum impunitum sit, accipe me fati tui comitem,' superque exanime corpus eius iugulo suo gladium capulo tenus demisit, ac permixto utriusque sanguine duplex victima iacuit, pietatis haec, erroris illa.

3 Ceterum falsa opinatio nescio an praecipuam iniuriam Lartii Tolumnii, Veientium regis, penatibus intulerit: nam cum in tesserarum prospero iactu per iocum collusori dixisset 'occide,' et forte Romanorum legati intervenissent, satellites eius, errore vocis impulsii, interficiendo legatos lusum ad imperium transtulerunt.

10. DE ULTIONE

praef. Ultionis autem quemadmodum acres ita iusti aculei sunt, qui lacesciti concitantur, acceptum dolorem <dolore>⁷⁶ pensare cupientes: quos latius complecti non attinet.

1 Tribunus plebis M. Flavius ad populum de Tusculanis rettulit, quod eorum consilio Veliterni Privernatesque rebellassent.⁷⁷ qui cum coniugibus ac liberis squalore obsiti

⁷⁶ *add. Kempf* ⁷⁷ rebellassent P: -aturos diceret A; Br

² 42: Plut. *Brut.* 43 etc. ³ Livy 4.17.1-6; cf. Cic. *Phil.* 9.4f., Pliny *N.H.* 34.23. The supposed mistake has not been satisfactorily explained. According to this exculpatory version of what happened, *occide*, which Livy calls ambiguous, referred to the

to end his life, although the enemy camp had been captured in turn and Brutus' forces were largely intact. But Titinius's noble conduct should not be effaced by silence. For a short while he stood gazing, amazed at the unexpected sight of his commander lying dead, then, bursting into tears, "General," he said, "though I caused your death unwittingly, even that must not go unpunished, so receive me as the companion of your fate," and above Cassius' lifeless body plunged his sword to the hilt in his own throat. There they lay in the mingled blood of both, two victims, one of loyalty, the other of error.²

Most remarkable perhaps was the injury which a mistaken opinion brought upon the household gods of Lars Tolumnius, king of Veii. After a lucky throw of the dice he said in jest to the other player, "Kill."³ By chance Roman envoys arrived at that moment and his henchmen, mistaking his word, killed the same, changing a joke into an order.

10. OF REVENGE

Just are the pricks of revenge as they are sharp, when people are excited by provocation, desiring to balance pain received with pain. There is no need to cast our net very wide here.

Tribune of the Plebs M. Flavius brought the case of the Tusculans before the people, claiming that the men of Velitrae and Privernum had taken up arms again on their advice. The Tusculans came to Rome with their wives and

game. Did the henchmen hear *occide* (die, i.e. give up) as *occide* (kill), despite the difference of accent and quantity? Or could *occide* be equivalent to "beat that," referring to the throw?

supplices Romam <cum>⁷⁸ venissent, accidit ut reliquis tribubus salutarem sententiam secutis sola Pollia iudicaret oportere puberes⁷⁹ verberatos securi percuti, imbellem multitudinem sub corona venire, quam ob causam Papiria tribus, in qua plurimum postea Tusculani in civitatem recepti potuerunt, neminem umquam candidatum Polliae tribus fecit magistratum, ne ad eam ullus honor suffragiis < suis > perveniret, quae illis vitam ac libertatem, quantum in ipsa fuit, ademerat.

2 Illam vero ultionem et senatus et consensus omnium approbavit: cum enim Hadrianus cives Romanos, qui Uticae consistebant, sordido imperio vexasset idcircoque ab iis vivus esset exustus, nec quaestio ulla in urbe hac de re habita nec querella versata est.

ext. 1 Clarae ultionis utraque regina, et Tomyris, quae caput Cyri abscisum in utrem humano sanguine repletum demitti iussit, exprobrans illi insatiabilem cruoris sitim, simulque poenas occisi ab eo filii sui exigens, et Berenice, quae Laodices insidiis interceptum sibi filium graviter ferens armata currum conscendit, persecutaque satellitem regium, crudelis operis ministrum, nomine Caeneum, quem⁸⁰ hasta nequiquam petierat, saxo ictum prostravit, ac super eius corpus actis equis inter infesta contrariae partis agmina ad domum in qua interfecti pueri corpus occultari arbi-

⁷⁸ *add. Halm:* cum con- ... Romam *intra cruces Briscoe*

⁷⁹ puberes *SB (coll. Liv. 8.37.1.1): publice eos A*

⁸⁰ quem ζ : qm̄ (= quoniam) *A*

¹ 323: *Livy 8.37.8-12.* ² 83: *Cic. Verr. 2.1.70, Livy Per. 86 etc.* ³ 529: *Herod. 1.206-14 etc.*

children, wearing mourning in supplication. The result was that all the tribes were for mercy except the Pollia, which ruled that the men of military age be flogged and beheaded and the multitude of noncombatants sold by auction. For that reason the tribe Papiria, in which the Tusculans later had great power after they had been received into the franchise, never voted for a candidate belonging to tribe Pollia, not wishing that any office should go by their votes to that tribe which, so far as in it lay, had taken away their lives and liberty.¹

Both the senate and public opinion as a whole approved the following act of revenge. Hadrianus had harried Roman citizens living in Utica with his avarice as governor and on that account had been burned alive by them. No enquiry was made on the matter in Rome nor did anybody complain.²

EXTERNAL

Two queens are famous for their revenges. Tomyris ordered Cyrus' head to be cut off and let down into a bladder full of human gore, thus reproaching him with an insatiable thirst for blood and at the same time taking vengeance for her son whom he had killed.³ Berenice was aggrieved that her son had been taken from her by the treachery of Laodice. Mounting a chariot with weapons, she pursued a royal attendant named Caeneus who had carried out the cruel work and having missed him with a spear brought him down flat with a stone, then drove her horses over his body and between the hostile ranks of the opposing party to reach the house in which she thought the corpse of the

⁴ 246: *Polyaen. 8.50; cf. Justin 27.1.*

trabatur perrexit.

ext. 2 Iasonem Thessalum, Persarum regi bellum inferre parantem, an satis iusta ultio absumpserit ambiguae aestimationis est: Taxillo enim gymnasiarcho a quibusdam iuvenibus pulsatum se questo permisit ut aut tricenas ab iis drachmas exigeret aut denas plagas singulis imponeret. quo posteriore vindicta uso qui vapulaverant Iasonem interfecerunt, animi non corporis dolore poenae modum aestimantes. ceterum parvo irritamento ingenui pudoris maximae rei expectatio subruta est, quoniam opinione Graeciae tantum in spe Iasonis quantum in effectu Alexandri reponitur.

11. DICTA IMPROBA AUT FACTA SCELERATA

praef. Nunc, quatenus vitae humanae cum bona tum etiam mala substitutis exemplorum imaginibus persequimur, dicta improba et facta scelerata referantur.

1 Unde autem potius quam a Tullia ordiar, quia tempore vetustissimum, conscientia⁸¹ nefarium, voce monstri simile exemplum est? cum carpento veheretur et is qui iumenta agebat succussis frenis constitisset, repentinae morae causam requisivit, et ut comperit corpus patris Servii Tullii occisi ibi iacere, supra id duci vehiculum iussit, quo celerius in complexu interfectoris eius Tarquini veniret. qua tam impia tamque probrosa festinatione non so-

⁸¹ sic A corr., G; Br

murdered boy was hidden.⁴

It is a moot point whether the vengeance that carried off Jason of Thessaly as he was preparing for war against the king of Persia was sufficiently grounded. He had given permission to Taxillus, who was in charge of a gymnasium and complained that he had been beaten by some young fellows, either to make them pay three hundred drachmas apiece or to give each of them ten strokes. He chose the latter punishment. The recipients of the floggings, reckoning the extent of the punishment by pain of mind, not body, assassinated Jason.⁵ A small wound to personal honour frustrated the expectation of a great event. For the opinion of Greece puts the hope of Jason on a par with the accomplishment of Alexander.

11. OUTRAGEOUS WORDS OR CRIMINAL DEEDS

Now, since we are going through both the good and bad of human life substituting likenesses in the form of examples, let outrageous words and criminal deeds be related.

Where to begin rather than with Tullia? For in time this is the most ancient example, in conscience nefarious, in word monstrous. She was travelling in a carriage when the driver shook his reins and stopped. Asking the reason for the sudden halt and being told that the body of her murdered father Servius Tullius was lying on the ground, she ordered the vehicle led over it so that she could come the faster to the embraces of his killer, Tarquinius. By that impious and scandalous haste she not only stained herself

⁵ 370: cf. Xen. *Hellen.* 6.4.31f., Diodor. 15.60.5.

lum se aeterna infamia sed etiam ipsum vicum cognomine Sceleris commaculavit.

2 Non tam atrox C. Fimbriae est factum et dictum, sed si per se aestimetur, utrumque audacissimum. id egerat ut Scaevola in funere C. Marii iugularetur. quem postquam ex vulnere recreatum comperit, accusare apud populum instituit. interrogatus deinde quid de eo secus dicturus esset cui pro sanctitate morum satis digna laudatio reddi non posset, respondit obiecturum se illi quod parcius corpore telum recepisset. licentiam furoris aegrae rei publicae gemitu prosequendam!

3 L. vero Catilina in senatu, M. Cicerone incendium ab ipso excitatum dicente, 'sentio' inquit, 'et quidem illud, si aqua non potuero, ruina restinguam.' quem quid aliud existimemus quam conscientiae stimulis actum reum se⁸² incohati parricidii peregrisse?

4 Consternatum etiam Magii Chilonis amentia pectus, qui M. Marcello datum a Caesare spiritum sua manu eripuit, vetus <amicus>⁸³ et Pompeianae militiae comes, indignatus aliquos sibi amicorum ab eo praeferri: urbem enim a Mitylenis, quo se contulerat, repetentem in Atheniensium portu pugione confodit, protinusque ad irritamenta vesaniae suae trucidanda tetendit, amicitiae hostis, divini beneficii interceptor, publicae religionis, quod ad salutem clarissimi civis recuperandam attinuit, acerba labes.

⁸² reum se *Per.*: a se *A.*: reum ζ ⁸³ *add. A. corr.*

¹ Livy 1.48.6f. The street was called Sceleratus Vicus.

² 86: *Cic. Rosc. Am.* 33. ³ 63: *Cic. Mur.* 51, *Sall. Cat.* 31.9, *Flor.* 2.12.7. ⁴ 45: *Cic. (Ser. Sulpicius) Fam.* 4.12 etc.

with eternal infamy but the street itself with the name of crime.¹

The deed and saying of C. Fimbria is less atrocious, but considered in themselves both are of the most audacious. He had intended that Scaevola should be murdered at C. Marius' funeral. Learning that he had recovered from his wound, Fimbria set about prosecuting him before the people. Then, asked what he was going to say against one whose blameless character could not be praised highly enough, he replied that he would charge him with receiving the weapon in his body too gingerly. Extravagance of madness, to be accompanied by the groans of the ailing commonwealth!²

As M. Cicero was talking in the senate about the fire started by L. Catilina, "I feel it," said the latter, "and if I can't put it out with water, I'll do it with the falling house."³ What are we to think but that driven by the goads of conscience he proved himself guilty of the parricide he had begun?

Magius Chilo's mind too was confused by madness. An old friend of M. Marcellus and his companion in the Pompeian service, with his own hand he snatched away the life Caesar had granted, out of resentment that some other friends were preferred by Marcellus to himself. As Marcellus was returning to Rome from Mitylene, where he had betaken himself, in the harbour of Athens, Magius stabbed him with a dagger and went straight on to slaughter the provocations of his lunacy: an enemy of friendship, an interceptor of the divine benefaction, a sad defilement of a sacred public obligation so far as concerned the restoration of a most illustrious citizen.⁴

5 Hanc crudelitatem, cui nihil adici posse videtur, C. Toranius atrocitate parricidii superavit: namque triumphorum partes secutus, proscripti patris sui, praetorii et ornati viri, latebras aetatem notasque corporis, quibus agnosci posset, centurionibus edidit qui eum persecuti sunt. senex, de filii magis vita et incrementis quam de reliquo spiritu suo sollicitus, an incolumis esset et an imperatoribus satis faceret interrogare eos coepit. e quibus unus 'ab illo' inquit 'quem tantopere diligis demonstratus nostro ministerio, filii indicio, occideris,' protinusque pectus eius gladio traiecit. collapsus itaque est infelix, auctore caedis quam ipsa caede miserior.

6 Cuius fati acerbitatem L. Villius Annalis sortitus, cum in campum ad quaestoria comitia filii descendens proscriptum se cognosset, ad clientem suum confugit. sed ne fide eius tutus esse posset, scelere nefarii iuvenis effectum est, si quidem per ipsa vestigia patris militibus ductis occidendum eum in conspectu suo obiecit, his parricida, consilio prius, iterum spectaculo.

7 Ne Vettius quidem Salassus proscriptus parum amari exitus. quem latentem uxor interficiendum, quid dicam, tradidit an ipsa iugulavit? quanto enim levius est scelus cui tantummodo manus abest?

⁵ 43/42: cf. App. B.C. 4.18, Oros. 6.18.9. This victim was C. Turranius, an ex-Praetor, confused in the sources with C. Toranius, a former guardian of Octavian and colleague as Aedile of his father. He too was proscribed but may have survived. See Münzer, *RE* Toranius 4 and Turranius 4.

To this cruelty no addition seems possible, but C. Toranius outdid it in the ferocity of his parricide.⁵ A partisan of the Triumvirs, he gave the Centurions who were in pursuit of his proscribed father, an ex-Praetor and a man of note, details of his hiding place, age, and bodily marks by which he could be recognized. The old man, who was more concerned about his son's life and advancement than about what was left of his own breath, started to ask them whether he was safe and in good standing with the generals. One of them replied: "Your son, whom you love so dearly, pointed you out. You die on his information," and forthwith ran him through the heart with his sword. So the unfortunate man collapsed, more unhappy in the author of his murder than in the murder itself.

L. Villius Annalis fell upon the same bitter fate. Coming down to the Campus to his son's quaestorian elections,⁶ he learned that he himself had been proscribed and took refuge with a client. The latter's loyalty could not save him because of the crime of the wicked young man, who led the soldiers along his father's very tracks and put him in their way to be killed in his sight; twice a parricide, first by intent and again by eyewitness.

The end of the proscribed Vettius Salassus too was bitter enough. As he was in hiding, his wife—shall I say handed him over to be killed or slaughtered him herself?⁷ Is a crime which lacks only the hand less a crime?

⁶ 42: App. B.C. 4.18. Not aedilician, as Gundel, *RE* Villius 4. He was made Aedile as a reward for his treachery, but was killed on his way home from a party by the same soldiers who had killed his father (Appian).

⁷ 43/2: App. B.C. 4.24.

ext. 1 Illud autem facinus, quia externum est, tranquillore affectu narrabitur. Scipione Africano patris et patrum memoriam gladiatorio munere Carthagine Nova celebrante, duo regis filii, nuper patre mortuo, in harenam processerunt, pollicitique sunt ibi se de regno proeliaturos, quo spectaculum illud illustrius pugna sua facerent. eos cum Scipio monuisset ut verbis quam ferro diiudicare mallent uter regnare deberet, ac iam maior natu consilio eius obtemperaret, minor corporis viribus fretus in amentia perstitit, intoque certamine pertinacior impietas Fortunae iudicio morte multata est.

ext. 2 Mithridates autem multo sceleratius, qui non cum fratre de paterno regno, sed cum ipso patre bellum de dominatione gessit. in quo qui aut homines ullos adiutores invenerit aut deos invocare ausus sit, parem admirationem⁸⁴ habet.

ext. 3 Quamquam quid hoc quasi inusitatum illis gentibus miremur, cum Sariastr adversus patrem suum Tigranen, Armeniae regem, ita cum amicis consenserit ut omnes < d >exteris⁸⁵ manibus sanguinem mitterent atque eum invicem sorberent,⁹ vix ferrem pro salute parentis tam cruenta conspiratione foedus facientem.

ext. 4 Sed quid ego ista consector aut quid his immoror, cum

⁸⁴ parem admirationem *Halm*: prae -one * A.

⁸⁵ *add. Halm*: dex- A *corr.*

⁸ 206: Livy 28.21.5, Sil. Ital. 16.533-42, Zonaras 9.10.3. Zonaras makes them brothers and Silius twins, but according to Livy, they were cousins, their fathers having ruled in succession.

⁹ There may be a textual error here. The person meant is

EXTERNAL

The misdeed that comes now will be narrated in a calmer frame of mind since it is external. Scipio Africanus was giving a gladiator show in New Carthage in memory of his father and uncle. Two king's sons whose father had recently died came into the arena and promised to do battle there for the throne in order to enhance the spectacle by their combat. Scipio urged them to settle which should be king with words rather than the sword, and the elder was inclined to obey his advice. But the younger, relying on his physical strength, persisted in his madness. The fight began, and by Fortune's decree the more pertinacious impiety was punished with death.⁸

Mithridates⁹ was much more criminal. He did not war with a brother about a paternal throne but with his father himself about which should rule. How he found men to assist him therein or how he dared invoke the gods is equally matter for astonishment.

Yet why should we wonder at this as though it was something unfamiliar to those nations when Sariastr conspired with his friends against his father Tigranes, king of Armenia, all of them letting blood from their right hands and sucking it in turn¹⁰ I should find it hard to tolerate one making so sanguinary a pact in a conspiracy for his father's welfare.

But why do I upbraid these doings or dwell on them

Pharnaces, who in 63 rebelled against his father, the great Mithridates of Pontus (*Livy Per.* 102, *Vell.* 2.40.1 etc.).

¹⁰ Cf. *App. Mithr.* 104. Which of the three sons of Tigranes I there mentioned is this one is questionable. Only Valerius reports the blood pact.

unius parricidii cogitatione cuncta scelera superata cernam? omni igitur impetu mentis, omnibus indignationis viribus ad id lacerandum pio magis quam valido adfectu rapior: quis enim amicitiae fide exstincta genus humanum cruentis in tenebris sepelire conatum profundo debitaee execrationis satis efficacibus verbis adegerit? tu videlicet efferatae barbariae immanitate truculentior habenas Romani imperii, quas princeps parensque noster salutari dextera continet, capere potuisti? aut te compote furoris mundus in suo statu mansisset? urbem a Gallis captam, e trecentorum inclitae gentis virorum strage foedatum <annem Cremeram et>⁸⁶ Alliensem diem, et oppressos in Hispania Scipiones et Trasumennum lacum et Cannas, bellorumque civilium domestico sanguine manantes mucrones⁸⁷ amentibus propositis furoris tui repraesentare et vincere voluisti. sed vigilarunt oculi deorum, sidera suum vigorem obtinuerunt, arae pulvinaria templa praesenti numine vallata sunt, nihilque quod pro capite augusto⁸⁸ ac patria excubare debuit torporem sibi permisit, et in primis auctor ac tutela nostrae incolumitatis ne excellentissima merita sua totius orbis ruina collaberentur divino consilio providit. itaque stat pax, valent leges, sincerus privati ac publici officii tenor servatur. qui autem haec violatis amicitiae foederibus temptavit subvertere, omni cum stirpe sua populi Romani viribus obtritus etiam apud inferos, si tamen illuc receptus est, quae meretur supplicia pendit.

⁸⁶ *add. Gertz*

⁸⁷ *mucrones Kempf: furoris* A*

⁸⁸ *augusto Per.: -ti G (silet A)*

when I see all crimes surpassed by the thought of a single parricide¹¹ So I am swept by an emotion more pious than potent, with all the energy of my mind, all the forces of indignation, to rend that deed. For who with words of due execration sufficiently effectual could drive into the abyss an attempt to bury the human race in bloody darkness, extinguishing the loyalty of friendship? Could you, more ferocious than the brutality of savage barbarity, have taken the reins of Roman empire which our leader and father holds in his saving hand? Or if you had achieved your madness, would the world have stayed in place? Rome captured by the Gauls, the river Cremera disfigured by the slaughter of three hundred warriors of a famous clan, the day of the Allia, the Scipios destroyed in Spain, Trasimene lake, Cannae, the blades of the civil wars streaming with domestic blood: all these you wished to manifest and surpass by the crazy designs of your delirium. But the eyes of the gods were awake, the stars maintained their potency, the altars, sacred couches, temples were fenced with present deity, and nothing that was in duty bound to watch over that august life and our fatherland permitted itself torpor. And above all the author and guardian of our safety saw to it in his divine policy that his most excellent benefactions should not collapse amid the ruins of the whole world. So peace stands, the laws are valid, the course of private and public duty remains unimpaired. But he who essayed to subvert all this, violating the bonds of friendship, was trampled down along with all his race by the might of the Roman people, and in the underworld too, that is if it takes him in, he suffers the punishment he deserves.

¹¹ See Introduction.

12. DE MORTIBUS NON VULGARIBUS

praef.

Humanae autem vitae condicionem praecipue primus et ultimus dies continet, quia plurimum interest quibus auspiciis incohetur et quo fine claudatur, ideoque eum demum felicem fuisse iudicamus cui et accipere lucem prospere et reddere placide contingit. medii temporis cursus, prout Fortuna gubernaculum rexit, modo aspero, modo tranquillo motu peragitur, spe semper minor, dum et cupide votis extenditur et fere sine ratione consumitur. nam [et]⁸⁹ si eo bene uti velis, etiam parvum amplissimum efficias, numerum annorum multitudine operum superando—alioquin quid attinet inerti mora gaudere, si magis exigis vitam quam approbas? sed ne longius evager, eorum mentionem faciam qui non vulgari genere mortis assumpti sunt.

1 Tullus Hostilius fulmine ictus cum tota domo conflavit. singularem fati sortem, qua accidit ut columen urbis in ipsa urbe raptum ne supremo quidem funeris honore a civibus decorari posset, caelesti flamma in eam condicione<m> redactum ut eosdem penates et regiam et rogam et sepulcrum haberet!

2 Vix veri simile est in eripiendo spiritu idem gaudium potuisse quod fulmen, et tamen idem valuit. nuntiata enim clade quae ad lacum Trasumennum inciderat, altera, sospiti filio ad ipsam portam facta obvia, in complexu eius expiravit, altera, cum falso mortis filii nuntio maesta domi

⁸⁹ *del. Per.*

¹ Livy 1.31.8 etc.

12. OF DEATHS OUT OF THE ORDINARY

The condition of human life is chiefly determined by its first and last days, because it is of the greatest importance under what auspices it is begun and with what end it is terminated; and therefore we judge that he only has been fortunate whose lot it has been to receive the light propitiously and to yield it back quietly. The course of intervening time is accomplished with motion now rough, now tranquil, as Fortune guides the helm. It is always less than hoped for, as it is stretched out eagerly with prayers and generally consumed to no purpose; for if you choose to use it well, you will make even a small span fully ample, surpassing number of years by multitude of achievements. Otherwise what sense does it make to rejoice in idle delay, if you pass your life rather than prove its worth? But not to digress too far, I shall make mention of those who were carried off by a manner of death out of the ordinary.

Tullus Hostilius was struck by a thunderbolt and burnt up with his whole house.¹ A singular fatal lot, through which the city's crown, snatched away in the city itself, could not be glorified by the citizens with the final honour of a funeral and was reduced by celestial fire to a condition such that his household gods, his palace, his pyre, and his sepulchre were all one and the same.

It is scarcely plausible that joy had the same effect as a thunderbolt in snatching away life, and yet it was equally potent. When news came of the disaster that had befallen at Lake Trasimene, one mother who met her son, a survivor, at the gate died in his arms; another, as she was sitting at home in sadness at the false news of her son's death, at

sederet, ad primum conspectum redeuntis exanimata est. genus casus inusitatum! quas dolor <non>⁹⁰ extinxerat, laetitia consumpsit. sed minus miror, quod mulieres.

3 M'. Iuuentius Thalna consul, collega Ti. Gracchi consulis iterum, cum in Corsica, quam nuper subegerat, sacrificaret, receptis litteris decretas ei a senatu supplicationes nuntiantibus, intento illas animo legens caligine <ob>orta⁹¹ ante foculum collapsus, mortuus humi iacuit. quem quid aliud quam nimio gaudio enectum putemus? en cui Numantia aut Carthago excidenda traderetur!

4 Maioris aliquanto spiritus dux Q. Catulus, Cimbrici triumphi C. Mario particeps a senatu datus, sed exitus violentioris: namque ab hoc eodem Mario postea propter civiles dissensiones mori iussus, recenti calce illito multoque igni percalecto cubiculo se inclusum peremit. cuius tam dira necessitas maximus Marianae gloriae rubor exstitit.

5 Qua tempestate rei publicae L. quoque Cornelius Merula, consularis et flamen Dialis, ne ludibrio insolentissimis victoribus esset, in Iovis sacrario venis incisis contumeliosae mortis denuntiationem effugit, sacerdotisque sui sanguine vetustissimi foci maduerunt.

6 Acer etiam et animosus vitae exitus Herennii Siculi, quo C. Gracchus et haruspice et amico usus fuerat: nam cum eo nomine in carcerem duceretur, in postem eius illi-

⁹⁰ *add.* A *corr.*

⁹¹ *add.* P

² 217: Livy 22.7.12f. etc.

³ 163: cf. Pliny *N.H.* 7.182.

⁴ 87: Vell. 2.22.4 etc. (Münzer, *RE* XIII.2079.29).

the first sight of him as he returned fell lifeless.² A most unusual sort of happening! Whom grief had not extinguished, happiness consumed. But they were women, so I am the less surprised.

Consul M'. Juuentius Thalna, colleague of Ti. Gracchus, Consul for the second time, was at sacrifice in Corsica, which he had recently conquered, when he received a letter informing him that the senate had decreed a Thanksgiving in his honour. As he read it with absorption, darkness overcame him; collapsing before the brazier, he lay dead on the ground. What are we to think but that he was killed by excessive joy?³ A fine one he to be entrusted with the razing of Numantia or Carthage!

A general of considerably greater spirit was Q. Catulus, given to Marius by the senate to share the Cimbrian triumph, but his death was more violent. For later, ordered to die by this same Marius on account of civil strife, he had his bedroom, which had recently been coated with lime, heated with a great fire and shut himself inside.⁴ His dire necessity was a crying shame to Marian glory.

In that stormy time of the commonwealth L. Cornelius Merula too, Consular and Flamen of Jupiter, not wishing to expose himself to the mockery of the insolent victors, severed his veins in Jupiter's sanctuary, thus escaping the injunction of a contumelious death. The ancient hearth was soaked in the blood of its priest.⁵

Fierce and courageous too was the departure of Herennius Siculus from life, who had been C. Gracchus' soothsayer and friend. As he was being led to prison on that account, he dashed his head against the doorpost and fell

⁵ 87: Vell. 2.22.2 etc. (Broughton II.47).

so capite in ipso ignominiae aditu concidit ac spiritum posuit, uno gradu a publico supplicio manumque carnificis ceterior.

7 Consimili impetu mortis C. Licinius Macer, vir praetorius, Calvi pater, repetundarum reus, dum sententiae diriberentur, in maenianum conscendit: si quidem, cum M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, praetextam ponentem vidisset, misit ad eum qui diceret se non damnatum sed reum perisse, nec sua bona hastae posse subici, ac protinus, sudario, quod forte in manu habebat, ore et faucibus suis coartatis, incluso spiritu poenam morte praecurrit. qua cognita re Cicero de eo nihil pronuntiavit. igitur illustris ingenii orator et ab inopia rei familiaris et a crimine domesticae damnationis inusitato paterni fati genere vindicatus est.

8 Fortis huius mors, illorum perridicula: Cornelius enim Gallus praetorius et T. Heterius eques Romanus inter usum puerilis veneris absumpti sunt. quamquam quorsum attinet eorum cavillari fata, quos non libido sua sed fragilitatis humanae ratio abstulit? fine namque vitae nostrae variis et occultis causis exposito, interdum quae⁹² immerentia < sunt >⁹³ supremi fati titulum occupant, cum magis in tempus mortis incidant quam ipsa mortem⁹⁴ accersant.

ext. 1 Sunt et externae mortes dignae adnotatu. qualis in primis Comae, quem ferunt maximi latronum ducis Cleonis

⁹² quae intra cruces *Briscoe* ⁹³ *add.* 5

⁹⁴ ipsa mortem *Kempf*: in i- morte A

6 121: *Vell.* 2.7.2. 7 While the jury deliberated.

8 66: but cf. *Cic. Att.* 1.4.2, *Plut. Cic.* 9. 9 *Pliny N.H.* 7.184.

at the very entrance of ignominy, resigning his life, one step behind a public punishment and the hand of the executioner.⁶

In a similar hurry into death was C. Licinius Macer, an ex-Praetor, father of Calvus. He was on trial for extortion and climbed up to a balcony while the votes were being sorted. Seeing M. Cicero, who was president of the court, taking off his magistrate's gown,⁷ he sent him a message to say that he had died, not as a man convicted, but as a defendant and his property could not be put to public auction. Then he covered his mouth and throat with a handkerchief that he happened to have in his hand and stopped his breathing, thus anticipating sentence by death. When Cicero learned of this, he pronounced no verdict.⁸ So an orator of shining talent was saved from poverty and the reproach of a conviction in his family by his father's extraordinary mode of death.

Macer's death was brave, that of those I am about to mention quite ludicrous. Cornelius Gallus, an ex-Praetor, and T. Heterius, a Roman knight, were carried off during sexual intercourse with boys.⁹ And yet why mock their deaths? It was not their lust that took them off but the nature of human frailty. For the end of our life is subject to a variety of hidden causes, and sometimes innocent factors get the name for a demise when they coincide with the time of death rather than themselves bring it on.

EXTERNAL

There are external deaths too worth note, such as particularly that of Coma, who is said to have been brother to Cleon, the great brigand leader. He was brought to Consul

fratrem fuisse: is enim ad <P.>⁹⁵ Rupilius consullem Hen-
nam, quam praedones tenuerant, in potestatem nostram
redactam perductus, cum de viribus et conatibus fugitivo-
rum interrogaretur, sumpto tempore ad se colligendum,
caput operuit innixusque genibus compresso spiritu inter
ipsas custodum manus inque conspectu summi imperii
exoptata securitate acquievit. torqueant se miseri, quibus
extingui quam superesse utilius est, [in]⁹⁶ trepido et anxio
consilio quam ratione vita exeat quaerentes: ferrum
acuunt, venena temperent, laqueos apprehendant, vastas
altitudines circumspiciant, tamquam magno apparatu aut
exquisita molitione opus sit ut corporis atque animi
infirmo vinculo cohaerens societas dirimatur. nihil horum
Coma, sed intra pectus inclusa anima finem sui repperit:
enimvero non⁹⁷ nimio studio retinendum bonum, cuius ca-
duca possessio tam levi adflatu violentiae concussa dilabi
potuit.

ext. 2 Aeschylus vero poetae excessus quem ad modum non
voluntarius sic propter novitatem casus referendus. in Si-
cilia moenibus urbis, in qua morabatur, egressus aprico in
loco resedit. super quem aquila testudinem ferens elusa
splendore capitis—erat enim capillis vacuum—perinde
atque lapidi eam illisit, ut fractae carne vesceretur, eoque
ictu origo et principium <per>fectioris⁹⁸ tragoediae ex-
stinctum est.

ext. 3 Non vulgaris etiam Homeri mortis causa fertur, qui in
<Io>⁹⁹ insula, quia quaestionem a piscatoribus positam sol-

⁹⁵ *add. P* - ⁹⁶ in A; *om. G*

⁹⁷ non *Vorst:* in* G (*ras. A*)

⁹⁸ *perf. Watt²:* fortioris A; *politioris Kempf*

⁹⁹ *hic add. Kempf, post insula Vielhaber*

P. Rupilius in Henna, a bandit stronghold which we had
captured. When asked about the strength and enterprises
of the runaways, he took some time to collect himself, then
covered his head, fell on his knees, and stopped his breath;
so in the very hands of his guards and in the presence of
highest command he found rest in the security for which
he yearned.¹⁰ Let those unfortunates for whom death is
better than survival agonize, seeking in quavering anxiety
to plan their way out of life; let them sharpen steel,
compound poisons, catch at ropes, survey vast heights as
though great preparation or ingenious contrivance were
needed to dissolve the partnership between mind and
body, linked by a fragile bond. Nothing of that sort for
Coma; he found his end by shutting his breath inside his
bosom. And indeed that blessing is not worth too much
effort to retain, whose fragile possession could slip away at
the shock of so slight a whiff of violence.

The poet Aeschylus' departure was not voluntary, but
the novelty of the occurrence makes it worth mention. He
was in Sicily. Leaving the walls of the town where he was
staying, he sat down in a sunny spot. An eagle carrying a
tortoise was above him. Deceived by the gleam of his hair-
less skull, it dashed the tortoise against it, as though it were
a stone, in order to feed on the flesh of the broken ani-
mal.¹¹ By that blow the origin and beginning of more
perfect tragedy was extinguished.

The cause of Homer's death too is said to have been out
of the common run. He is believed to have died of chagrin
on the island of Ios because he had been unable to resolve

¹⁰ 132: cf. Diodor. 34/35.2.21.

¹¹ 456/5: Pliny *N.H.* 10.7 etc.

vere non potuisset, dolore absumptus creditur.

ext. 4 Sed atrocius aliquanto Euripides finitus est: ab Archelai enim regis cena in Macedonia domum hospitem repertus, canum morsibus laniatus obiit: crudelitas fati tanto ingenio non debita.

ext. 5 Sicut illi excessus illustrium poetarum et moribus et operibus indignissimi.

Sophocles ultimae iam senectutis, cum in certamen tragoediam demisset, ancipiti sententiarum eventu diu sollicitus, aliquando tamen una sententia victor causam mortis gaudium habuit.

ext. 6 Philemonem autem vis risus immoderati abstulit. paratas ei ficus atque in conspectu positas asello consumente, puerum ut illum abigeret inclamavit. qui cum iam comestis omnibus supervenisset, 'quoniam' inquit 'tam tardus fuisti, da nunc merum asello.' ac protinus urbanitatem dicti crebro anhelitu cachinnorum prosecutus, senile guttur salebris spiritus gravavit.

ext. 7 At Pindarus, cum in gymnasio super gremium pueri, quo unice delectabatur, capiteposito quieti se dedisset, non prius decessisse cognitus est quam gymnasiarcho claudere iam eum locum volente nequiquam excitaretur. cui quidem crediderim eadem benignitate deorum et tantum poeticae facundiae et tam placidum vitae finem attributum.

ext. 8 Sicut Anacreonti quoque, quem usitatum humanae

¹² [Herod.] *Vit. Hom.* 36, [Plut.] *Vit. Hom.* 1.4.

¹³ 407/6. *Gell.* 15.20.9 etc.

¹⁴ *Ca.* 396: *Pliny N.H.* 7.180.

a question put to him by fishermen.¹²

But Euripides ended in a somewhat nastier fashion. In Macedonia, as he was returning from dinner with king Archelaus to the house where he was staying, he died torn by the bites of dogs. A cruelty of fate that such a genius did not deserve.¹³

So too the following deaths of famous poets were quite unworthy of their characters and works.

In extreme old age Sophocles put a tragedy in competition. For a long time he was kept in suspense with the issue of the voting in doubt, but finally he won by a single vote and his joy caused his death.¹⁴

The violence of immoderate laughter took off Philemon. A donkey was eating some figs that had been prepared for him and put where he could see them. He called for a slave to drive the animal off, but by the time he got there all the figs had been devoured. "Since you have been so slow," said Philemon, "now give the donkey wine." As he followed up the witticism with a rapid volley of guffaws, he overloaded his old man's windpipe with choking breaths.¹⁵

But Pindar had fallen asleep in the gymnasium with his head in the lap of a boy, his particular favorite, and it was only when the man in charge wanted to close the place and Pindar could not be aroused that they realised he was dead.¹⁶ I could well believe that so much poetic eloquence and so peaceful an end¹⁷ were bestowed upon him by the same divine favour.

So too with Anacreon, who was carried off after he had

¹⁵ *Ca.* 364: *Lucian Macrob.* 25, *Suda* s.v. Φιλήμων.

¹⁶ *Ca.* 435: *Suda* s.v. Πίνδαρος.

¹⁷ "Quite unworthy of his character and works" (5)?

vitae modum supergressum passae uvae suco tenues et exiles virium reliquias foventem unius grani pertinacior in aridis faucibus mora¹⁰⁰ absumpsit.

ext. 9 Lungam illos quos et propositum et exitus pares fecit. Milo Crotoniates, cum iter faciens quercum in agro cuneis adactis fissam vidisset, fretus viribus accessit ad eam insertisque manibus divellere conatus est. quas arbor excussis cuneis in suam naturam revocata compressit, eumque cum tot gymniciis palmis lacerandum feris praebuilt.

ext. 10 Item Polydamas athleta tempestate speluncam subire coactus, nimio et subito incursu aquae labefactata ea ac ruente, ceteris comitibus fuga periculum egressis solus restitit tamquam umeris suis totius ruinae molem sustentaturus, sed pondere omni corpore humano potentiore pressus imbris petitam latebram dementis fa<ct>ti <auc<tor>¹⁰¹ sepulcrum habuit.

Possunt hi praebere documentum nimio robore membrorum vigorem mentis hebescere, quasi abnuente Natura utriusque boni largitionem, ne supra mortalem sit felicitatem eundem et valentissimum esse et sapientissimum.

13. DE CUPIDITATE VITAE

praef. Verum quia excessus e vita et fortuitos et viriles, quosdam etiam temerarios oratione attigimus, subiciamus nunc aestimationi enerves et effeminatos, ut ipsa compa-

¹⁰⁰ mora *Madvig*: umor A ¹⁰¹ *add. Kellerbauer et SB*

¹⁸ *Ca.* 490 (P) *Pliny N.H.* 7.44.

¹⁹ Early fifth century (P): *Ov. Ibis* 609 etc.

²⁰ Fifth century, first half: *Diodor.* 9.14.2-15 etc.

passed the usual measure of human life by the moisture of a single seed sticking in his dry throat, as he pampered the thin and scanty remnants of his strength with the juice of dried grapes.¹⁸

I will add the following, whom intention and result make a pair. Milo of Croton was on the road when he saw an oak tree in a field that had been split by wedges driven into the wood. Relying on his strength, he went up to it and putting in his hands tried to pull it apart. The wedges were shaken out and the tree, recalled to its natural state, trapped his hands and made him and all his athletic victories a prey to wild beasts.¹⁹

Likewise the athlete Polydamas. A cave which he had entered for cover from a storm was shaken by a sudden violent influx of water and collapsed. All his companions escaped the danger by running away, only Polydamas remained, as though intending to prop up the whole falling structure with his shoulders. But a weight too great for any human frame crushed him, and in the commission of an act of folly his refuge from the rain became his sepulchre.²⁰

These two can serve as a proof that mental vigour is dulled by excessive strength of limb, as though Nature refuses to lavish both gifts, lest for the same person to be both the strongest and the wisest of mankind might go beyond the limits of human felicity.

13. OF CRAVING FOR LIFE

But since I have touched in my discourse upon departures from life both fortuitous and courageous, some also temerarious, let me now submit for judgment others feeble and effeminate, so that it may become clear by the

ratione pateat quanto non solum fortior sed etiam sapientior mortis interdum quam vitae sit cupiditas.

1 M'. Aquilius, cum sibi gloriose <extingui>¹⁰² posset, Mithridati maluit turpiter servire. quem non <ne>¹⁰³ aliquis merito dixerit Pontico supplicio quam Romano imperio digniorem, quoniam commisit ut privatum opprobrium publicus rubor existeret?

2 Cn. quoque Carbo magnae verecundiae est Latinis analibus. tertio in consulatu suo iussu Pompei in Sicilia ad supplicium ductus, petiit a militibus demisse et flebiliter ut sibi alvum levare prius quam exspiraret liceret, quo miserimae lucis usu diutius frueretur, eo <us>que¹⁰⁴ moram trahens donec caput eius sordido in loco sedentis abscideretur. ipsa verba tale flagitium narrantis secum luctantur, nec silentio amica, quia occultari non merentur, neque¹⁰⁵ relationi familiaria, quia dictu fastidienda sunt.

3 Quid? D. Brutus exiguum et infelix momentum vitae quanto dedecore emit! qui a Furio, quem ad eum occidendum Antonius miserat, comprehensus, non solum cervicem gladio subtraxit sed etiam constantius eam praebere admonitus ipsis his verbis iuravit: 'ita vivam, dabo.' o cunctationem fati aerumnosam! o iurandi stolidam fidem! sed hos tu furores, immoderata retinendi spiritus dulcedo, subicis sanae rationis modum expugnando, quae vitam diligere, mortem non timere praecipit.

¹⁰² extingui P: exigui C: om. A

¹⁰³ nonne Per.: non A: om. G

¹⁰⁴ add. Aldus

¹⁰⁵ rursus incipit L.

very comparison how much not only braver but wiser is sometimes the desire for death than for life.

M'. Aquilius could have died for himself gloriously; instead he preferred to be a slave to Mithridates shamefully. Might he not deservedly be said to be more worthy of Pontic execution than of Roman authority, since by his behaviour he caused a private reproach to become a public scandal?¹

Cn. Carbo too is a great embarrassment to Latium's annals. In his third Consulship he was led to execution in Sicily by Pompey's orders. Abjectly and tearfully he begged the soldiers to let him relieve himself before he died, so that he might longer enjoy his miserable daylight, and he dragged out the delay until his head was cut off as he sat in the squalid place.² As I narrate such a disgrace my very words are at odds with themselves, not partial to silence because they do not deserve to be hidden nor easy with the narrative because they are revolting in the utterance.

Again: at what price of dishonour did D. Brutus buy a meagre and miserable moment of life! Arrested by Furius, whom Antony had sent to kill him, he not only pulled his neck away from the sword but when told to present it more steadily swore in these very words, "On my life, I'll give it."³ What a wretched postponement of fate! What a stupid oath-backed guarantee! But the immoderate sweetness of continuing to breathe prompts such follies, driving out the measure of sane reason, which tells us to love life but not to fear death.

¹ 88: Broughton II.43.

(Broughton II.66); cf. VM 5.3.5, 6.2.8.

² 82: Plut. *Pomp.* 10 etc.

³ Cf. VM 4.7.6.

ext. 1 Eadem Xerxen regem pro totius Asiae armata iuventute, quod intra centum annos esset obitura, profundere lacrimas coegisti. qui mihi specie alienam, re vera suam condicionem deplorassee videtur, opum magnitudine quam altiore animi sensu felicior: quis enim mediocriter prudens mortalem se natum fleverit?

QUAM EXQUISITA CUSTODIA USI SINT QUIBUS
SUSPECTI DOMESTICI FUERUNT

ext. 2 Referam nunc eos quibus aliquos suspectos habentibus exquisitor sui quaesita custodia est: nec a miserrimo, sed ab eo qui inter paucos felicissimus fuisse creditur incipiam.

Masinissa rex parum fidei in pectoribus hominum ponens salutem suam custodia canum vallavit. quo tam late patens imperium? quo tantum liberorum numerum? quo denique tam arta benivolentia constricta<m> Romanam amicitiam,¹⁰⁶ si ad haec tuenda nihil canino latratu ac morsu valentius duxit?

ext. 3 Hoc rege infelicior Alexander <Pheraeus>,¹⁰⁷ cuius praecordia hinc amor, hinc metus torserunt: nam cum infinito ardore coniugis Thebes teneretur, ad eam¹⁰⁸ ex epulis in cubiculum veniens barbarum compunctum notis Thraciis stricto gladio iubebat anteire, nec prius se <e>idem¹⁰⁹ lecto committebat quam a stipulatoribus diligenter esset scrutatus. supplicium irato deorum numine com-

¹⁰⁶ constrictam -nam (Ϝ) -iam (Ϝ) *Pighius*: -fa -na -ia AL

¹⁰⁷ add. *SB*¹ -

¹⁰⁸ eam *Kempf*: eandem AL

¹⁰⁹ add. *Gertz*

EXTERNAL

The same made king Xerxes shed tears for the armed manhood of all Asia, because within a hundred years it would pass away.⁴ To me it seems that in appearance he lamented the lot of others, but in reality his own, more fortunate in the magnitude of his power than in any depth of understanding. For what man of tolerably good sense would weep that he was born mortal?

WHAT PARTICULAR CARE PERSONS SUSPECTING
THEIR DOMESTICS TOOK FOR
THEIR PROTECTION

I shall now mention those who, suspecting others, sought particular protection for themselves. And I shall not begin with a wretch but with a man who is believed to have had few equals in felicity.

King Masinissa, having little faith in the hearts of men, fenced his life with a guard of dogs.⁵ What use so widespread an empire, what use so large a number of children, what use the friendship of Rome so tightly bonded with good will, if to protect these things he thought nothing more effectual than canine bark and bite?

More unhappy than this king was Alexander of Pherae, whose breast was tortured by love on the one hand and fear on the other. His passion for his wife Thebe knew no bounds, but when he came to her bedroom after dinner he had a barbarian tattooed with Thracian marks go in front with drawn sword, and did not entrust himself to the same bed until it had been carefully searched by his guards. A punishment contrived by the angry power of the gods, to

⁴ 480: Herod. 7.46.2 etc.

⁵ Not found elsewhere.

positum, neque libidini neque timori posse imperare. cuius timoris¹¹⁰ eadem et causa et finis fuit: Alexandrum enim Thebe paelicatus ira mota interemit.

ext. 4

